

C A P V T I.

DE COPIA VERBORVM AVDIENDO LEGEN- DOQVE PARANDA.

I. Superioribus libris data de eloquutione praecepta non satis ait ad vim dicendi valere, nisi illis firma quaedam facilitas accesserit: sed hanc dicendi facilitatem parari scribendo, legendo, dicendo. II. Ante omnia parandam esse copiam verborum, sed cum iudicio; quod fiat optima legendo et audiendo. Quae sint et auditionis et lectionis commoda. Lectio qualis esse debeat. Modeste et circumspecte iudicandum esse de summis viris. III. Quantum et quatenus conferat oratori usus poetarum, historicorum, philosophorum. IV. Qui sint legendi, postquam in universum dictum et iudicium de veterum ac novorum lectione additum est, per genera eminentissimi poetae, historici, oratores, philosophi A) Graecorum et B) Romanorum suis quisque virtutibus recensentur.

I. Sed haec eloquendi praecepta sicut cogitationi sunt **1** necessaria, ita non satis ad vim dicendi valent, nisi illis firma quaedam facilitas, quae apud Graecos $\xi\xi\iota\varsigma$ nominatur, accesserit: ad quam *scribendo* plus an *legendo* an *dicendo* conferatur, solere quaeri scio. Quod esset diligentius nobis examinandum, (contra) si qualibet ea-

§. 1. *cogitationi*. Ita Spald. ex Tur. Flor. Guelf. acc. editt. Iens. Tarv. al. Reliquis praestare visum est: *cognitioni*. Ita Obr. Gesn. et praeter Frotsch. complures viri critici, quibus adsentitur Zumpt. Nos cur secus statuamus, alio loco explicabimus. — *conferatur*. Ita Spald. ex vestigiis opt. Codd. Vulgo: *quam* — *consequamur*. Frotsch. ex coniect. *ad quam* — *consecuntur*. Sed cfr. adnotat. nostram ad vers. germ. 1. Quodsi praeterea coniecturae locus est, nihil tam placet, quam *conficiamus*, quum Paris. J. 2. a pr. man. exhibeant: *conficiuntur*. — *Contra si qualibet etc.* In plerisque: *cura si qual. earum rer.* Obr. Gesn. antecedente interpunctione; quam Spald. delevit, ita ut daret: *diligenti cura*. At in Tur. Flor. legitur: *citra si*: id quod nobis ansam dedit coniciendi: *contra* sub illo *citra* latere. Saepe enim inter se permixtas particulas *contra*, *circa*, *citra* te docebit Drakenborch. ad Liv. 37, 15, 3. 7. 21, 48, 6.

2 rum rerum possemus una esse contenti. Verum ita sunt
inter se connexa et indiscreta omnia, ut, si quid ex
his defuerit, frustra sit in ceteris laboratum. Nam ne-
que solida atque robusta fuerit unquam eloquentia, nisi
multo stilo vires acceperit: et citra lectionis exemplum
labor ille, carens rectore, fluit. Qui autem scierit
3 quae quoque sint modo dicenda, nisi tamen in pro-
cinctu paratamque ad omnes casus habuerit eloquentiam,
velut clausis thesauris incubabit. Non autem ut quidquid
4 praecipue necessarium est, sic ad efficiendum oratorem
maximi protinus erit momenti. Nam certe, quum sit in
eloquendo positum oratoris officium, dicere ante omnia
est: atque hinc initium eius artis fuisse manifestum est;
proximam deinde imitationem, novissimam scribendi
quoque diligentiam. Sed ut perveniri ad summa nisi
ex principiis non potest, ita procedente iam opere mini-
ma incipiunt esse, quae prima sunt. Verum nos non,
quomodo instituendus orator, hoc loco dicimus: nam id
quidem aut satis aut certe tibi potuimus dictum est: sed ut
athleta, qui omnes iam perdidicerit a praeceptore nume-
ros mirum quo genere exercitationis ad certamina praepa-
randus sit: ita eum, qui res invenire et disponere sciet,
verba quoque et eligendi et collocandi rationem percepe-

§. 2. *sunt*. al. *sint*. Sic Fr. ex Tur. Flor. — *scierit*. Haec vulgar. lect. Sed Fr. *scivit* ex Tur. Flor. — *quae quoque — modo*. Ita Tur. et Flor. ipsam dictionem illustravit Kritz. ad Sall. Cat. 23, 4. In reliq. exaratum est vel: *quo quaeque s. m.* Spald. vel: *quo s. quaeque modo*. Obr. Gesn. vel: *quo quaeque modo s.* Iens. — *tamen*. Spald. ex Codd. Reliq. *tamquam*. — *clausis thes.* Fr. ex Flor. dedit: *clausos thesauros*.

§. 3. *quidquid*. Sic opt. codd. et Camp. acc. Frotsch. Vulgo: *quidque*. Nostrum melius convenit illi, quod sequitur *protinus*. — *perveniri*. al. *pervenire*. Fr. Signa parathesis inde ab *atque* ad *diligentiam* omisimus.

§. 4. *sed ut athleta etc.* Locum ex nostra ratione constitui-
mus; quo id factum sit successu, penes alios iudicium esto. Spald. haec dat: *sed athleta, qui omnes i. p. a praec. numeros, quo — sit*. Igitur eum etc. Eum secutus est Frotsch. Reliqui: *sed ut athletam — omnia — praeceptore, nimirum quo gen. ex. ad cert. praep. sit; ita eum etc.* Sic Obr. Gesn. — *qua id ratione*. al. *qua in oratione*; idque retinuit Frotsch. nisi quod praetulit: *quo*. — *quod didicit*. al. *quae*. Obr. Gesn. cum plerisque. Pro *didicit*, al. *didicerit*. Fr. Zumpt. approb.

INS
rit, instrua
quam opin
II.
quaedam p
tum erit, I
rum. Sed
communes:
bus singuli
nam cunct
quum sint
aut plus e
solum not
conspectu
lis ex his
rent solito
ex plurib
met ipsu
gratia su
quum es
§. 5.
Obr. Gesn
ut. Locu
ex opinion
Obr. Sed
remedium
locum ita
et Flor. po
sit est con
Tertio con
editt, quib
ut deleretu
sumus Spal
ac simplici
perisse cre
copia rerum
§. 6.
§. 7.
est auctori
quae idem e
positicia, te
infra semet i
I. 2. Vulgo
Est recepta
Guelf, in qu

rit, instruamus, qua (id) ratione quod didicit facere quam optime, quam facillime possit.

II. Num ergo dubium est, quin ei velut opes sint 5 quaedam parandae, quibus uti ubique quumque desideratum erit, possit? Eae constant *copia rerum ac verborum*. Sed res propriae sunt cuiusque causae aut paucis 6 communes: verba in universas paranda. Quae si in rebus singulis essent singula, minorem curam postularent: nam cuncta sese cum ipsis protinus rebus offerrent. Sed quum sint aliis alia aut magis propria aut magis ornata aut plus efficientia aut melius sonantia, debent esse non solum nota omnia, sed in promptu atque ut ita dicam, in conspectu, ut quum se iudicio dicentis ostenderint, facilis ex his optimorum sit electio. Et quae idem significa- 7 rent solitos scio ediscere, quo facilius et occurreret unum ex pluribus, et quum essent usi aliquo, si brevi infra semet ipsum rursus desideraretur, effugiendae repetitionis gratia sumerent aliud, quo idem intelligi posset. Quod quum est puerile et cuiusdam infelicis operae, tum etiam

§. 5. *quibus uti etc.* Vulgaris lectio erat: *uti ubicunque des. Obr. Gesn. Spalding.* Sed nostrum in Turic. nisi quod deest: *uti*. Locus valde implicatus, tum ob scripturae varietatem, tum ex opinionibus criticorum. Spald. dat: *eae constant*, acc. Gesn. Obr. Sed Frotsch. *quibus possit e constantia esse*. At nos aliud remedium quaecunque quaesitantes, haud absonum putabamus locum ita emendare: *positae in constanti copia etc.* In Tur. enim et Flor. *posite constantia*. Vel quum in nonn. codd. legatur: *possit est constantia*; cur non liceat suspicari: *At constant in copia*. Tertio commemoramus lectionem Ienson. et prior. multarum editt. *quibus — possit ei constare*. Quod prob. Burmann. sed ita, ut deleteretur *uti* et adiceretur *e* ante *quibus*. Nos interim secuti sumus Spald. quanquam illud *eae* languere videatur, et *facillima* ac simplicissima ratio semper optima habenda sit. Ea vero reperisse credimus, si omissis: *eae constant*, simpliciter legimus: *copia rerum etc.*

§. 6. *in rebus*. Ita Spalding. ex opt. Codd. Reliqui om. *in*.

§. 7. *Et quae idem*. Vulgaris lectio, sed quae destituta est auctoritate codd. ita habet: *equidem scio quosdam collecta quae idem sign. vocabula sol. edisc.* Ita Obr. Gesn. Ut sit suppositicia, tamen Quinctiliano non indignam habemus. — *brevi infra semet ips.* Sic Frotsch. ex opt. Codd. quibus adsentiant Par. I. 2. Vulgo: *breve intra spatium*: quod retinuit Sp. — *quo idem*. Est recepta lectio, quamquam obnitentibus codd. Tur. Flor. Guelf. in quibus: *quod*.

esse et idem etc.

utile parum: turbam enim modo congregat, ex qua sine discrimine occupet proximum quodque.

- 8 Nobis autem *copia cum iudicio* paranda est, vim orandi, non circulatoriam volubilitatem spectantibus. Id autem consequemur *optima legendo atque audiendo*. Non enim solum nomina ipsa rerum cognoscemus hac
 9 cura, sed quod quoque locis sit aptissimum. Omnibus enim fere verbis praeter pauca, quae sunt parum verecunda, in oratione locus est. Nam scriptores quidem iamborum veterisque comoediae etiam in illis saepe laudantur: sed nobis nostrum opus interim videre sat est. Omnia verba, exceptis de quibus dixi, sunt alicubi optima: nam et humilibus interim et vulgaribus opus, et quae nitidiore in parte videntur sordida, ubi res poscit,
 10 proprie dicuntur. Haec ut sciamus atque eorum non significationem modo, sed formas etiam mensurasque norimus et ubicunque erunt posita, an convenient, nisi multa lectione atque auditione assequi nullo modo possumus, quum omnem sermonem auribus primum accipiamus: propter quod infantes a mutis nutricibus iussu regum in solitudine educati, etiamsi verba quaedam emis-
 11 sisse traduntur, tamen loquendi facultate caruerunt. Sunt autem alia huius naturae, ut idem pluribus vocibus de-

§. 8. *volubilitatem*. Ita ex Flor, Goth. Contra Guelf. et edit. Camp. acc. Iens. et al. *voluptatem*. Defendi potest; nam II, 4. 15. est *circulatoria iactatio*. — *consequemur*. al. *consequimur*. — *non enim solum*. Ita codd. opt. et Sp. Vulgo: *non sol. en. — sed quod quoque locis sit apt.* Dedimus haec ex iudiciis optimor. Codd. Tur. Flor. in quibus est: *quod quoque locis ita petissimum*. Alii aliter. Apud Spald. *cui quodque loco s. a.* Alii: *quod quoque loco s.* Frotsch. In Paris. 1, 2. *quid quoque*.

§. 9. *nostrum op. interim videre sat est*. Hanc lectionem in publicum proferre eo minus dubitavimus, quo luculentioribus Codd. iudiciis subnititur. Est enim in Tur. a pr. m. *inter inveteris at*. Nec procul ab eo recedit Flor. At quid sit tali conditione *videre*, pluribus te docebunt exempla a Drakenb. ad Liv. II, 12, 13. laudata. Vulgo et apud Spald. est: *interim tueri*. Frotsch. mavult: *intueri — sat est*. al. *satis*. Gesn. et priorr. — *nitidiore*. Ita Sp. ex edit. vetust. et Codd. iudiciis. Reliqui vel *cultiore*, Obr. Gesn. vel *utiliore*. Iens. et plurr.

§. 10. *atque auditione* al. *aut*. Camp. Obr. — *caruerunt*. Tur. Flor. dant: *caruerint*. Probamus.

IN:
 clarent, ita
 tersit; ut
 rerum aliq
 eundem int
 per abasio
 dem telo e
 rum pluriu
 Plurima ve
 Non me f
 Nemini d
 bet. Na
 lent quod
 bit lectio
 etiam qu
 haec inte
 recte dix
 ut mucr
 ut copia
 gratia l
 cunque
 ipsis qu
 est, ut i
 viribus p
 Alii

§. 11
 In al. leg
 et Gesn.
 quare, ex
 §. 12.
 §. 13.
 vulgarem l
 Hand infre
 modo occu
 plerumque
 Certe pone
 §. 14.
 §. 15.
 copiosa sit
 haec, et m
 §. 16.
 mutato ordi
 om. enim. §

clarent, ita ut nihil significationis, quo potius utaris, intersit; ut *ensis* et *gladius*: alia, quae etiamsi propria rerum aliquarum sint nomina, τροπικῶς tamen ad eundem intellectum feruntur, ut *ferrum* et *mucro*. Nam per abusionem *sicarios* etiam omnes vocamus, qui caedem telo quocunque commiserint. Alia circuitu verborum plurium ostendimus: quale est *Et pressi copia lactis*. Plurima vero mutatione figuramus: *Scio*, *Non ignoro* et *Non me fugit* et *Non me praeterit* et *Quis nescit?* et *Nemini dubium est*. Sed etiam ex proximo mutuari libet. Nam et *intelligo* et *sentio* et *video* saepe idem valent quod *scio*. Quorum nobis ubertatem ac divitias dabit lectio, ut iis non solum quomodo occurrent, sed etiam quomodo oportet, utamur. Non semper enim haec inter se idem faciant: nec sicut de intellectu animi recte dixerim *video*, ita de visu oculorum *intelligo*: nec ut *mucro* gladium, sic *mucronem* gladius ostendit. Sed ut copia verborum sic paratur, ita non verborum tantum gratia legendum vel audiendum est. Nam omnium, quaecunque docemus, hoc sunt exempla potentiora etiam ipsis quae traduntur artibus, quum eo qui discit perductus est, ut intelligere ea sine demonstrante et sequi iam suis viribus possit, quia quae doctor praecepit, orator ostendit.

Alia vero audientes, alia legentes magis adiuvant.

§. 11. τροπικῶς. Apud Sp. Fr. et priorr. additur: *quasi*. In al. legitur: *quare post tamen*. Omisimus illud *quasi* cum Obr. et Gesn. quod ortum putamus ex glossa; et quod in nonn. est *quare*, ex pronom. *quae* effictum credas.

§. 12. *quis nesc.* In Codd. Tur. Flor. al. *qui*.

§. 13. *libet*. Ita Frotzsch. ex opt. codd. adversante Spald. qui vulgarem lect. dat: *licet*. Sed cfr. Drakenb. ad Liv. 25, 38, 4. Haud infrequens illarum vocum permutatio. — *ut non sol. quomodo occurrent*. Sic Tur. Flor. Sp. Reliqui: *occurrerint* lid. plerumque inserunt *his* ante *non*. In multis editt. est: *oporteat*. Certe ponendum erat: *iis*.

§. 14. *visu*. Sp. ex Tur. Flor. acc. Obr. Gesn.

§. 15. *sed ut copia v. sic paratur*. In Codd. et vet. editt. *copiosus sit* — *paratus?* — *hoc sunt praest.* In mult. Codd. et editt. *haec*, et mox pro *praecepit*, alii dant *praecipit*. Obr. Gesn.

§. 16. *alia* — *audientes etc.* Sp. ex Tur. et melior. Codd. Ak mutato ordine: *legentes* — *audientes*. — *vivunt enim omn. al. viv. omn. enim*. Sp.

Excitat qui dicit spiritu ipso, nec imagine et ambitu rerum, sed rebus incendit. Vivunt enim omnia et moventur, excipimusque nova illa, velut nascentia, cum favore ac sollicitudine. Nec fortuna modo iudicii, sed etiam
 17 ipsorum qui orant periculo afficimur. Praeter haec vox et actio decora, commoda, et ut quisque postulabit, pronuntiandi (vel potentissima in dicendo) ratio et, ut semel dicam, pariter omnia docent. In lectione certius iudicium, quod audienti frequenter aut suus cuique favor aut
 18 ille laudantium clamor extorquet. Pudet enim dissentire et velut tacita quadam verecundia inhibemur plus nobis credere, quam interim et vitiosa pluribus placeant et a
 19 corrogatis laudentur etiam quae non placent. Sed e contrario quoque accidit, ut optime dictis gratiam prava iudicia non referant. Lectio libera est nec actionis impetu transcurrit: sed repetere saepius licet, sive dubites sive memoriae affigere velis. Repetamus autem et tractemus, et ut cibos mansos ac prope liquefactos demittimus, quo facilius digerantur, ita lectio non cruda, sed multa iteratione mollita et velut confecta memoriae imitationique tradatur.

20 Ac diu non nisi optimus quisque et qui credentem sibi minime fallat, legendus est, sed diligenter ac paene ad scribendi sollicitudinem: nec per partes modo scrutanda omnia, sed perlectus liber utique ex integro resumendus, praecipue oratio, cuius virtutes frequenter ex
 21 industria quoque occultantur. Saepe enim praeparat,

§. 17. *commoda, ut quisque locus postulabit.* Ita vulgo. Sed in Tur. Flor. acc. Bodl. Riv. est: *postulavit*: ex quo non absolum videtur agnoscere *postulaverit*. Reliqua omnia ex auctoritate Spald. Nam alii aliter. Obr. *adcommodata ad quid quisque.* lens. *commodat ut quid q.* Camp. *commendat ut q. q.* Equidem suspicor veram scripturam fuisse: *et ut q. Commoda enim alia est quam accommodata, scilicet est facilis ideoque naturae conveniens, cui opp. adfectata.*

§. 18. *placeant — laudentur.* In Codd. et editt. antiq. est: *placent — laudentur.* Quod probat Zumpt. At subest notio *concedentis*: inde Coniunctiv. bene habet.

§. 19. *demittimus* al. *dimitt.* — *iteratione.* al. *alteratione.* Codd.

§. 20. *ad scribendi sol.* al. *scribentis* ex coniect. Lochmanni et Melanthon in interpret. — *praecipue.* al. *praecipueque.*

INS
 dissimulat,
 dicit, quae
 minus place
 tibus: ideoq
 vero utilis
 in manus su
 bitas legere
 inter se cont
 rum alter p
 et Cassi reo
 si minus pe
 dam litium
 ceronis ora
 Verre. Q
 erit scire.
 pro Milone
 psit, etiam
 Et Pollio
 insignes t
 Passieni,
 id statim le
 §. 21. d
 insidit. Obr
 vet. dissimu
 tibus Codd.
 late insidit
 Sp. — ant.
 §. 22.
 stram script
 stanter scri
 aspernatus et
 Basil. reus as
 §. 23. q
 egerit. Sp. q
 iecturam qua
 Codd. qui da
 erit, non du
 quod incertae
 cilioscopia fac
 §. 24. n
 omni Cod. Te
 repetitum leg
 dixerunt.

dissimulat, insidiatur orator atque in prima parte actionis dicit, quae sunt in summa profutura. Itaque suo loco minus placent, adhuc nobis quare dicta sint ignorantibus: ideoque erunt cognitae omnibus repetenda. Illud 22 vero utilissimum, nosse eas causas, quarum orationes in manus sumserimus, et quoties continget, utrinque habitas legere actiones: ut Demosthenis atque Aeschinis inter se contrarias: et Servi Sulpici atque Messalae, quorum alter pro Aufidia, contra dixit alter: et Pollionis et Cassi reo Asprenate, aliasque plurimas. Quin etiam, 23 si minus pares videbuntur, aliquae tamen ad cognoscendam litium quaestionem recte requirentur: ut contra Ciceronis orationes Tiberonis in Ligarium et Hortensi pro Verre. Quis etiam easdem causas usque egerit, usui erit scire. Nam de domo Ciceronis dixit Calidius: et pro Milone orationem Brutus exercitationis gratia scripsit, etiamsi egisse eum Cornelius Celsus falso existimat. Et Pollio et Messala defenderunt eosdem et nobis pueris 24 insignes tres pro Voluseno Catulo, Domiti Afri, Crispi Passieni, Decimi Laeli, orationes ferebantur. Neque id statim legenti persuasum sit, omnia, quae summi au-

§. 21. *dissimulat, insidiatur.* Gesn. Sp. al. *dissimulat interim insidias.* Obr. *dissimulat vim insidians.* Burm. ex conii. atque editt. vet. *dissimulat insidias.* Nobis duplex quum pateat via, praeeuntibus Codd. praestabilius videtur aut *dissimulatim*, aut *dissimulatve insidias.* — atque. Revocavimus ex codd. et editt. al. *eaque.* Sp. — *sint.* al. *sunt.*

§. 22. *Servi Sulpici — Cassi.* al. *Servi Sulpicii Cassii.* Nostram scripturam, quam repudiavit Spald. cum Obr. Gesn., constanter servant Codd. Turic. Flor. — *reo Asprenate.* al. *reos aspernatus est.* Sic Tur. Flor. et Camp. Contra Goth. et editt. ante Basil. *reus aspernatus est.*

§. 23. *quis etiam etc.* al. *quin etiam easdem causas ut quisque egerit.* Sp. *quin etiam easd. caus. utrisque erit scire.* Fr. Coniecturam quam textui inserere ausi sumus, ex parte tumentur opt. Codd. qui dant *quis* pro *quin.* Et quum in iisdem sit: *utrisque erit*, non dubitavimus substituere *usque egerit*, et pro *utile*, quod incertae est originis, supponere libuit: *usui*, quum ita facilius copia facta videretur uni alterive literae praetermittendae.

§. 24. *summi auctores.* Vulgo: *magni.* Sic Sp. *optimi* Fr. *omni* Cod. Tur. Inde nostrum ex coniectura et quod paullo post repetitum legitur: *summi enim sunt.* — *dixerint.* In mult. editt. *dixerunt.*

ctores dixerint, utique esse perfecta. Nam et labuntur aliquando et oneri cedunt et indulgent ingeniorum suorum voluptati: nec semper intendunt animum; nonnunquam fatigantur: quum Ciceroni dormire interim Demosthenes, 25 Horatio vero etiam Homerus ipse videatur. Summi enim sunt, homines tamen: acciditque his, qui quidquid apud illos reperitur dicendi legem putant, ut deteriora imitentur, (id enim est facilius) ac se abunde similes putent, si vitia magnorum consequantur.

26 Modesto tamen et circumspecto iudicio de tantis viris pronunciandum est, ne, quod plerisque accidit, damnent quae non intelligunt. Ac si necesse est in alteram errare partem, omnia eorum legentibus placere quam multa disollicere maluerim.

27 III. Plurimum dicit oratori conferre Theophrastus lectionem poetarum, multique eius iudicium sequuntur: neque immerito. Namque ab his in rebus spiritus, et in verbis sublimitas, et in affectibus motus omnis, et in personis decor petitur, praecipueque velut attrita quotidiano actu forensi ingenia optime rerum talium blanditia reparantur. Ideoque in hac lectione Cicero requiescendum putat. Meminerimus tamen, non per omnia poetas esse oratori sequendos, nec libertate verborum, nec licentia figurarum; totumque illud (studiorum) genus ostentationi comparatum, et praeter id quod solam petit voluptatem, quam etiam fingendo non falsa modo sed quaedam incredibilia sectatur, patrocinio quoque aliquo

§. 25. *reperitur*. al. vel *reperietur*. Sp. vel *repererunt*. Nostrum ex Guelf. Camp. Obr. al. Nescio an verum sit: *reperiatur*. In Tur. a pr. m. est: *reperieritur*.

§. 26. *modesta*. Sic Frotzsch. ex edit. Colon. adnuent. codd. Tur. Flor. in quibus *modesta*. Vulgata lect. *modeste*, quam, si quid recte sentimus, sustinent ex parte verba: *iudicium maxime ac modus deest*. XII, 10, 16. — *Ac si*. Guelf. et Goth. *at si*.

§. 28. *totum illud studiorum*. Omisit haec Sp. praeeuntibus opt. Codd. et editt. ante Basil. — *quam etiam*. Sp. et *eam*. al. *eamque* (omisso *etiam*). Nostram lectionem tuetur ex parte Cod. Flor. — *sed quaed.* al. *sed etiam quaed.* expungere libuit *etiam* rationibus satis luculentis.

vari (artis):
tem non semp
necessario ad
nec mutare q
pere, conver
stare in acie
riam niti. N
lim, sed fulg
quo mens sin
argentique, i

Histori
candoque su
ut sciamus,
Est enim pro
et scribitur a
opus non ad
memoriam
eoque et v
randi taedi

§. 29. al.
confugient —
tem comparata
cui placeret
exiderit, hu
ratio nostra a
Quod dedim
est, quod in
persaepe con
— niti. al. ad

§. 30. ra
ineue al. fulga
ante inesse. V
quam Turic. e
bus Flor. Goth
stringatur. Ut
ciata de descri
venire cum pri
mum h. l. refe
quod oculis ac
Ann. I, 13. et

§. 31. ube
Cl. Schneider
intutum rei. Ot

iuari (artis): quod alligata ad certam pedum necessita- 29
 tem non semper uti propriis possit, sed depulsa recta via
 necessario ad eloquendi quaedam deverticula confugiat;
 nec mutare quaedam modo verba, sed extendere, corri-
 pere, convertere, dividere cogatur: nos vero armatos
 stare in acie et summis de rebus decernere et ad victo-
 riam niti. Neque ego arma squalere situ ac rubigine ve- 30
 lim, sed fulgorem inesse, qui terreat: qualis est ferri,
 quo mens simul visusque perstringitur; non qualis auri
 argentique, imbellis et potius habenti periculosus.

Historia quoque alere orationem quodam uberi iu- 31
 cundoque suco potest. Verum et ipsa sic est legenda,
 ut sciamus, plerasque eius virtutes oratori esse vitandas.
 Est enim proxima poetis et quodammodo carmen solutum,
 et scribitur ad narrandum, non ad probandum: totumque
 opus non ad actum rei pugnamque praesentem, sed ad
 memoriam posteritatis et ingenii famam componitur, id-
 eoque et verbis remotioribus et liberioribus figuris nar-
 randi taedium evitat. Itaque, ut dixi, neque illa *Sal-* 32

§. 29. *alligata — depulsa etc.* al. *alligati — depulsi (repulsi)*
confugient — cogantur. Spaldingio in mentem incurtebat: *gen-*
tem comparatam. At nobis ad verum propius accedere videbatur,
 cui placeret ex verbo *iuari* vocabulum aliquod eruere, quod
 exciderit, huic loco conveniens. Periculum fecimus: utinam
 ratio nostra aliis quoque comprobetur, sagacioribus rei arbitris.
 Quod dedimus: *quam etiam* pro *eamque* vel *et eam*, ea causa
 est, quod in Flor. legitur: *eamque etiam.* Atqui particula *que*
 persaepe confusa est cum *quam.* Drakenb. ad Liv. V, 22, 3.
 — *niti.* al. addunt: *decet.*

§. 30. *rubigine.* al. *robisg.* Fr. ad exempl. cod. Tur. — *fulgorem*
inesse al. *fulgore munisse; fulgore munita esse qui etc.* al. *hi* inserunt
 ante *inesse.* Verum quidni legamus: *fulgorem in iis esse qui etc.*
 quum Turic. exhibeat haecce: *fulgore nimis seque*, consentienti-
 bus Flor. Goth. Voss. 2. — *perstringitur.* al. *praestr.* Sp. al. *per-*
stringatur. Utcunque res habet, idemtidem tractata et retra-
 ctata de discrimine vocabulorum, nostro loco *perstr.* magis con-
 venire cum prioribus censeo. Nam *mens* est, ad quam potissi-
 mum h. l. referri debeat *perstr.* at ea non tam *praestringitur*, id
 quod *oculis* accidit, sed *perstringitur.* Cfr. Tacit. Hist. I, 85.
 Ann. I, 13. et Drakenb. ad Sil. Ital. I, 358.

§. 31. *uberi* ex coniect. Sp. vulgo: *mollis.* — *suco.* al. *succo.*
 Cf. Schneider Element. I. lat. p. 402. — *ad actum rei.* al. *ad*
intuitum rei. Obr. et multae priorum editt.

lustiana brevitatis, qua nihil apud aures vacuas atque eruditae potest esse perfectius, apud occupatum variis cogitationibus iudicem et saepius ineruditum captanda nobis est: neque illa *Livi lactea ubertas* satis decebit eum, qui
 33 non speciem expositionis, sed fidem quaerit. Adde quod M. Tullius nec Thucydidem quidem aut Xenophontem utiles oratori putat, quamquam illum *bellicum canere*, huius ore *Musas esse locutus* existimet. Licet tamen nobis in digressionibus uti vel historico nonnunquam nitore, dum in his, de quibus erit quaestio, meminerimus non athletarum toros, sed militum lacertos esse: nec versicolorem illam, qua Demetrius Phalereus dicebatur uti, vestem bene ad forensem pulverem facere.
 34 Est et alius ex historiis usus et is quidem maximus, sed non ad praesentem pertinens locus, ex cognitione rerum exemplorumque, quibus in primis instructus esse debet orator, ne omnia testimonia expetat a litigatore, sed pleraque ex vetustate diligenter sibi cognita sumat, hoc potentiora, quod ea sola criminibus odii et gratiae vacant.

§. 32. *qua nihil*. al. *quia*. — *potest esse perfectius*. al. *potius esse perfectius*. Cod. Flor. cum Turic. nisi quod *potus*. Unde Spald. coniiciebat: *potius et perfectius*. At nobis haud ineptum videbatur: *potius est et perfectius*. — *decebit*. al. *docebit*. — *expositionis*. al. *composit*.

§. 33. *Adde quod etc.* al. *audeo quia*. Fr. ex Codd. Turic. Flor. quod mutarunt in *audio* sec. m. *addo quod*; Camp. *quod dicere fortius audeo, quia*. Basil. nulla codd. auctoritate. Ignoscant peritiores nobis coniicientibus: *Vide quam*. Cfr. Drakenb. ad Liv. VIII, 5, 7. et II, 54, 9. Illud *audio quod* non magis ferri potest quam in quo recte nuper offendit V. S. Eichstadius, *legimus*. Tacit. Agric. c. 2. in. — *nec*. al. *ne*. Sp. Rationem nostrae lectionis, quam Frotscher. pluribus defendit, quaeras in sequenti *aut*. — *bellicum canere*. al. *illius bellicum canorem*. — *digressionibus*. al. *degress*. Fr. 2. *in his*. al. *iis*. — *toros* — *lacertos*. Vulgaris lectio, in qua omnes fere codd. conspirant, praeter Florent. qui dat: *toris* — *lacertis*. Cuius exemplo commotus Spalding. de coniectura addidit: *opus*. Sed si quid supplere velis, inseras *potius locum*. Cfr. tamen Walch. ad Agric. p. 351.

§. 34. *expetat* al. *expectet*. Sp. *expectat* praecedente *nec* in Codd. Flor. Tur. et al. pro *ne*. Quod Spald. ad h. l. contendit, dici potuisse *petat*, sed non item *expetat*, in eo falsus esse videtur, quum quae singularis verbo composito insit vis appareat. Vide de frequenti verborum istorum confusione Drakenb. ad Liv. X, 7, 12. — *gratiae*. al. *gratia*.

INST
 A philos
 bis petenda,
 illis optima s
 honestis, utili
 divinis magni
 tercationibus
 optime Socra
 dum est simi
 mur iisdem,
 mus litium a
 ptorum et pe
 IV. C
 utilitatis in l
 operi, qui si
 virtus. Sed
 quum in Br
 nis tantum
 tatis suae,
 Marcello,
 qui postea

§. 35. a
 strum ex auc
 quaeque sunt
 et substituunt

§. 37. qu
 sit glossatori
 que a. Sp.
 mihi sponte
 qui sint auct

§. 38. a
 improbante h
 sens quae le
 nihil aliud es
 ab interprete
 derim, verba
 occasionem d
 dignum exist
 prurium sui
 esse est; ip
 quibus insiste
 a prima manu
 recensere pig
 relin. Simpl

§. 39. fa

A philosophorum vero lectione ut essent multa no- 35
bis petenda, vitio factum est alias oratorum, qui quidem
illis optima sui operis parte cesserunt. Nam et de iustis,
honestis, utilibus, quaeque sunt istis contraria, et de rebus
divinis magnifice dicunt et argumentantur acriter: et al-
tercationibus atque interrogationibus oratorem futurum
optime Socratici praeparant. Sed his quoque adhiben- 36
dum est simile iudicium, ut etiam quum in rebus versemur
iisdem, non tamen eandem esse conditionem sciamus
litium ac disputationum, fori et auditorii, praeceptorum
et periculorum.

IV. Credo exacturos plerosque, quum tantum esse 37
utilitatis in legendo iudicemus, ut id quoque adiungamus
operi, qui sint legendi, quae in auctore quoque praecipua
virtus. Sed persequi singulos infiniti fuerit operis. Quippe 38
quum in Bruto M. Tullius tot millibus versuum de Romanis
tantum oratoribus loquatur et tamen de omnibus aetatis
suae, (quibuscum vivebat) exceptis Caesare atque
Marcello, silentium egerit: quis erit modus, si et illos et
qui postea fuerunt et Graecos omnes et philosophos? Fuit 39

§. 35. *alias orator.* al. *alio.* Sp. ex con. Vulgo omiss. Nostrum ex auctorit. nonn. codd. et editt. ante Basil. — *utilibus, quaeque sunt istis contraria.* al. *iisque quae s. i. c.* Sp. al. om. *istis* et substituunt: *his*; al. *iisq. quae sint c.*

§. 37. *qui sint legendi.* al. *qui sint om. legendi*, utpote quod sit glossatoris. Sp. *in auctore quoque.* al. ordine immutato: *quoque a.* Sp. Sed totum locum accuratius consideranti suspicio mihi sponte exorta est, num vera lectio antiquitus fuerit haec: *qui sint auctores, quae in quoque praecip. virt.*

§. 38. *de omnibus aetatis suae, quibuscum vivebat.* Ita Spald. improbante Frotzsch. qui respuit verba: *quib. viv.*, glossatoris censens quae legantur in cod. Turic. *quidque conticuebit*; haec enim nihil aliud esse nisi: *quidque conticuerit*, verba scilicet adscripta ab interprete ad: *silentium egerit.* — Verum, si quid recte viderim, verba *silentium egerit* tali interpretamento nullam prorsus occasionem dederunt; potius quid sint *aetatis suae* explicatione dignum existimare potuerit, cui explanandi quae plana essent, prurium fuisse ponamus. Sed ne id quidem argumentari necesse est; ipsi Codd. et Turic. et Florent. vestigia ostendunt, quibus insistentes coniecturam facere audemus, scriptum fuisse a prima manu: *quibusque uti consuerat.* Alii alia tentarunt, quae recensere piget. — *et philosophos*; al. addunt: *et poetas persequi velim.* Simpliciter al. *persequemur.*

§. 39. *fuit.* al. *fuerit.* — *quae est.* al. om. *est.*

igitur brevitatis illa tutissima, quae est apud Livium in epistola ad filium scripta, *legendos Demosthenem atque Ciceronem: tum ita, ut quisque esset Demostheni et Ciceroni simillimus.* Non est tamen dissimulanda nostri quoque iudicii summa. Paucos enim et vix ullum ex his, qui vetustatem pertulerunt, existimo posse reperiri, qui iudicium adhibentibus non allaturus sit utilitatis aliquid, quum se Cicero ab illis quoque vetustissimis auctoribus, ingeniosis quidem, sed arte carentibus, plurimum fateatur adiutum. Nec multo aliud de novis sentio. Quotus enim quisque inveniri tam demens potest, qui ne minima quidem alicuius certe fiducia partis memoriam posteritatis speraverit? Qui si quis est, intra primos statim versus deprehendetur, et citius nos dimittet, quam ut eius nobis magno temporis detrimento constet experimentum. Sed non quidquid ad aliquam partem scientiae pertinet, protinus ad faciendam etiam *φράσιν*, de qua loquimur, accommodatum est.

Verum antequam de singulis loquar, pauca in universum de varietate opinionum dicenda sunt. Nam quidam solos veteres legendos putant neque in ullis aliis esse naturalem eloquentiam et robur viris dignum arbitrantur:

§. 40. *est tamen.* al. om. *tamen.* — *paucos enim et vix.* al. *paucos et vix.* Sp. *enim vel potius vix.* Reliqui. Nostrum a Frotsch. recept. nam pro *enim* in Codd. passim apparet nota: *et.* Drakenb. ad Liv. XXXIV, 50, 7. — *ex his.* al. *ex his.* — *qui iudicium adh. non all.* al. *quin om. non.* Sp. cum Obr. sed cfr. infra. §. 48.

§. 41. *nec multo aliud.* al. *aliter.* — *de novis.* al. *nobis.* — *Quotus enim quisque etc.* Locus omni caligine obscurior. Codd. Turic. et Flor. exhibent: *in veritate mens potens quod* (s. *qui*; est enim per compendium scriptum) nisi quod Turic. *inveritande.* Post a sec. man. correctum: *in veritate tumens potensque*; atque eandem lectionem sequuntur al. Codd. et editt. ante Basil. Contra Obrecht. *fuert adeo timens posteritatis qui* — (nimis audacter). Deinde pro *certe* codd. vel *ceteri*, vel *ceterae* vel *certae* habent; pro *posteritatis* Turic. et Flor. a sec. m. *artis sp.* et sic alii et editt. ante Basil. Nobis rem et lectionis varietatem et antiquissima codicum vestigia intuentibus expeditior quaedam via haec apparuit: *Quotus enim quisque inveniatur veri tam impotens, qui ne minimam quidem alicuius certae scientiae memoriam et artis speraverit?* De *certe* et *cetera* cfr. Drakenb. ad Liv. 34, 36, 4. Qualis locus vulgo perhibetur, nescio utrum frigidior habeam, an arrogantius dictum.

§. 42. *accommodatum est.* al. om. *est.* Sp. Fr. — *loquar om.* Obr.

IN
 alios rece
 ptatem m
 etiam, q
 pressa de
 diano rec
 elatior ing
 na capit:
 non pauci
 gentius,
 terim sum
 qui confi
 Paucos e
 mo est.
 limi iudic
 quos, qu
 gendos e:
 Sed n
 nire inter
 A.)
 nos rite
 admodum
 sus inlidu
 plum et o
 §. 43.
 — ipos e
 ad sequen
 Obr. Gesa
 que quae,
 verso: plen
 secutus es
 vel alia op
 electio dar
 tum memb
 ita ut habe
 librorum
 noon. exhib
 quam com
 Liv. 37, 1
 et a qua. e
 §. 45.
 al. persequ
 §. 46. i
 rarit.

alios recens haec lascivia deliciaeque et omnia ad voluptatem multitudinis imperitae composita delectant: ipsos etiam, qui rectum dicendi genus sequi volunt. Alii 44
 pressa demum et tenuia et quae minimum ab usu quotidiano recedant, sana et vere Attica putant: quosdam elatior ingenii vis et magis concitata et alti spiritus plena capit: sunt etiam lenis et nitidi et compositi generis non pauci amatores. De qua differentia disseram diligentius, quum de genere dicendi quaerendum erit. Interim summam, quid et a qua lectione petere possint, qui confirmare facultatem dicendi volunt, attingam. Paucos enim, qui sunt eminentissimi, excerpere in animo est. 45
 Facile est autem studiosis, qui sint his simillimi iudicare: ne quisquam queratur omissos forte aliquos, quos ipse valde probet. Fateor enim plures legendos esse quam qui a me nominabuntur.

Sed nunc genera ipsa lectionum, quae praecipue convenire intendentibus ut oratores fiant existimem, persequar.

A.) Igitur ut Aratus ab Iove incipiendum putat, ita 46
 nos rite coepturi ab Homero videmur. Hic enim, quemadmodum ex oceano dicit ipse amnium fontiumque cursus initium capere, omnibus eloquentiae partibus exemplum et ortum dedit. Hunc nemo in magnis rebus subli-

§. 43. *deliciaeque* al. *deliciaeque*. Codd. et editt. ante Basil. — *ipsos etiam*. al. *ipsorum*. Sic Spald. ex con. ita ut referatur ad sequens alii. Reliqui *omisso ipsos: sunt etiam qui etc. volunt*. Obr. Gesn. plena interpunctione post: *volunt*. — *et quae*. al. *atque quae*. — *alti spiritus pl.* al. omittunt *alti* Fr. al. ordine inverso: *plena sp.* al. *acris sp. pl.* Obr. Nostr. ex con. Burm. quem secutus est Sp. praecedentibus Codd. Tur. et Flor. qui praebent: vel *alia spatius pl.* vel *alias*, vel *alios*. Nobis ex duobus tantum electio dari videtur; aut legendum esse: *altioris sp. pl.* aut totum membrum tanquam glossatoris additamentum exsecandum, ita ut habeatur interpretatio verborum: *magis concitata: quibus librariorum aliquis adiecerit: (alias:) spiritus pl.* Quid quod nonn. exhibent: *alias spurcitis plena*. Ceterum nihil frequentius quam commutatio vocabulorum: *alias* et *altus*. Cfr. Drakenb. ad Liv. 37, 16, 7. — *summam* al. *summa*. editt. ante Bas. — *quid et a qua*. al. *quid a qua*; vel *quid a quaque*.

§. 45. *plures*. al. *plurimos*. Sic ex Guelf. Fr. — *persequar*. al. *persequor*. Sp. Fr.

§. 46. *in magnis rebus*. al. *om. rebus*. — *superaverit*. al. *superavit*.

mitate, in parvis proprietate superaverit. Idem laetus ac pressus, iucundus et gravis, tum copia tum brevitate mirabilis: nec poetica modo, sed oratoria virtute eminentissimus. Nam ut de laudibus, exhortationibus, consolationibus taceam: nonne vel nonus liber, quo missa ad Achillem legatio continetur, vel in primo inter duces illa contentio, vel dictae in secundo sententiae omnes litium ac consiliorum explicant artes? Affectus quidem, vel illos mites vel hos concitados, nemo erit tam indoctus, qui non in sua potestate hunc auctorem habuisse fateatur. Age vero, non in utriusque operis (sui) ingressu paucissimis versibus legem prooemiorum non dico servavit, sed constituit? Nam et benevolum auditorem invocatione Dearum, quas praesidere vatibus creditum est, et intentum proposita rerum magnitudine, et docilem summa celeriter comprehensa facit. Narrare vero quis brevius quam qui mortem nunciat Patrocli, quis significantius potest, quam qui Curetum Aetolorumque praelium exponit? Iam similitudines, amplificationes, exempla, digressus, signa rerum et argumenta, ceteraque quae probandi ac refutandi, sunt ita multa, ut etiam qui de artibus scripserunt plurima harum rerum testimonia ab hoc poeta

§. 47. *consolationibus.* al. addunt *que.*

§. 48. *non in utriusq. op. ingressu pauc.* al. *non utriusq. operis ingressus in pauc.* Sic Sp. Fr. alii inserunt *sui* vel ante *operis* vel post. Quod si cui approbetur, locum habeat post *operis*; plures certe suppetunt rationes, cur servemus, quam quod respuamus. — *nam et benev.* al. *om. et.* Sp. Fr.

§. 49. *digressus.* Frotsch. constanter: *degressus.* Sed vide quae super hac re monuit Walch. ad Tacit. Agric. p. 298. — *ceteraque quae probandi ac refutandi, sunt ita multa.* al. *cetera quaeque* Gesn. al. *ceteraque*; nostrum ex codd. auctoritate Sp. Fr. Iam vero sunt alii ad *refutandi* pertinere censent, in quibus Sp. Fr. Ceterum de *structura refutandi* etc. cfr. Kiessling ad Tac. Ann. 1, 3. et Kritsch ad Sallust. Cat. 6, 7. Quorum quidem virorum doctorum iudicia quum paullulum inter se discrepent, audiendus quoque est Zumpt. ad h. l. qui lectionem tanquam prae ceteris dignam commendat: *ceteraque probandi et refutandi* (argumenta puta) *sunt ita multa.* Verum, uti non recte sententiam viri docti nos perspexisse profiteamur, ita quomodo lectio Spaldingiana orationem pessumdet, non intelligimus. Nonne enim eadem est dignitas pronomini *quae*, quam adiectivo *cetera* adserere non dubitat vir supra laudatus? — *plurima — testimonia.* al. *plurimi — testimonium.* Sp. Fr.

INST
petant. Nam
Priami roga
verbis, sem
nonne huma
virtutes eius
intellectu sequ
genere eloqu
praecipue: vi
paratio est
in noninibus
sententiae, le
bilis: datur
Contra in Ab
eloquendi ge
das fere gran
et iucunditate
plane manife
esse, aliud
putant in el
rum tamen
superari. A
non venit, q
rum iudices,
gerunt: non
quadam medi
qua nulla vari
§. 50. Pri
magni sit. Ita
guere quisque f
plendum esse: i
§. 51. epico
auctor. cod. Tur
§. 52. levit
§. 54. mixt
putant; et simpl
iudicium. Fr. ad
mano scriptum
vidisse in, ita
edit. al. reddit.
loquendi et sente
§. 55. nulla
mut: cui usqua

petant. Nam epilogus quidem quis unquam poterit illis 50
 Priami rogantis Achillem precibus aequari? Quid? in
 verbis, sentiis, figuris, dispositione totius operis,
 nonne humani ingenii modum excedit? ut magni sit,
 virtutes eius non aemulatione, quod fieri non potest, sed
 intellectu sequi. Verum hic omnes sine dubio et in omni 51
 genere eloquentiae procul a se reliquit; epicos tamen
 praecipue: videlicet quia clarissima in materia simili com-
 paratio est. Raro assurgit *Hesiodus* magnaue pars eius 52
 in nominibus est occupata; tamen utiles circa praecepta
 sententiae, levitasque verborum et compositionis proba-
 bilis: daturque ei palma in illo medio genere dicendi.
 Contra in *Antimacho* vis et gravitas et minime vulgare 53
 eloquendi genus habet laudem. Sed quamvis ei secun-
 das fere grammaticorum consensus deferat, et affectibus
 et iucunditate et dispositione et omnino arte deficitur: ut
 plane manifesto appareat, quanto sit aliud proximum
 esse, aliud secundum. *Panyasin* ex utroque mixtum 54
 putant in eloquendo, neutriusque aequare virtutes: alte-
 rum tamen ab eo materia, alterum disponendi ratione
 superari. *Apollonius* in ordinem a grammaticis datum
 non venit, quia Aristarchus atque Aristophanes, poeta-
 rum iudices, neminem sui temporis in numerum rede-
 gerunt: non tamen contemnendum edidit opus aequali
 quadam mediocritate. *Arati* materia motu caret, ut in 55
 qua nulla varietas, nullus affectus, nulla persona, nulla

§. 50. *Priami rog. Ach.* al. transponunt: *rog. Ach. Pr.* —
magni sit. Ita Frotsch. ex Tur. Flor. al. addunt *viri*, quod lan-
 guere quisque facile sentiet. Monet Zumpt. ex praecedent. sup-
 plendum esse: *ingenii.* Equidem maluerim: *operis.*

§. 51. *epicos* al. *heroicos.* — *clarissima* al. *durissima.* Fr. ex
 auctor. cod. Tur. Sed intellige maxime in oculos incurrentem.

§. 52. *levitasque* al. *lenitas.* — *medio.* al. *mediocri.*

§. 54. *mixtum putant in eloquendo.* al. virgulam ponunt post
putant; et simpliciter exhibent: *neutrius.* — *poëtarum iudices.* al.
iudicium. Fr. ad exemplum Codd. Tur. et Almel. Sed quum a sec.
 manu scriptum sit: *iuditio,* in Campan. per *c:* quidni statuamus
 excidisse *in,* ita ut prisca lectio fuerit: *in poëtarum iudicio.* —
edidit. al. *reddit.* Fr. etiam *reddidit:* unum est *edidit,* quod et usui
 loquendi et sententiae scriptoris conveniat.

§. 55. *nulla cuiusquam sit orat.* al. omittunt *nulla,* et diri-
 munt: *cui usquam.* Pro *cuiusquam* Guelf. *cuiuspiam.* Pro *sit* al.

cuiusquam sit oratio: sufficit tamen operi, cui se parem credidit. Admirabilis in suo genere *Theocritus*, sed musa illa rustica et pastoralis non forum modo, verum
 56 ipsam etiam urbem reformidat. Audire videor undique congerentes nomina plurimorum poetarum. Quid? Herculis acta non bene *Pisandros*? *Nicandrum* frustra secuti Macer atque Virgilius? Quid? *Euphorionem* transibimus? quem nisi probasset Virgilius, idem nunquam certe conditorum Chalcidico versu carminum fecisset in Bucolicis mentionem. Quid? Horatius frustra *Tyrtaeum*
 57 Homero subiungit? Nec sane quisquam est tam procul a cognitione eorum remotus, ut non indicem certe ex bibliotheca sumtum transferre in libros suos possit. Nec ignoro igitur quos transeo nec utique damno, ut qui dixerim esse in omnibus utilitatis aliquid: sed ad illos iam
 58 perfectis constitutisque viribus revertemur. Quod in coenis grandibus saepe facimus, ut quum optimis satiati sumus, varietas tamen nobis ex vilioribus grata sit. Tunc et elegiam vacabit in manus sumere, cuius princeps habetur *Callimachus*: secundas confessione plurimorum *Philetas*
 59 occupavit. Sed dum assequimur illam firmam, ut dixi, facilitatem, optimis assuescendum est et multa magis quam multorum lectione formanda mens et ducendus color. Itaque ex tribus receptis Aristarchi iudicio scriptoribus iamborum ad § § 17 maxime pertinebit unus
 60 *Archilochus*. Summa in hoc vis elocutionis, quum validae tum breves vibrantesque sententiae, plurimum sanguinis atque nervorum, adeo ut videatur, quibus quoque

fit. — *se parem cred.* al. addunt: *vel aequalem.* Ienson. Nobis quum Guelf. cum Voss. 1. 3. dent: *aequalem cr. parem* probabilius esse videtur *aequalem* antiquitus scriptum fuisse: quod quum insolentius dictum ab aliquo haberetur, originem dederit interpretamento.

§. 57. *sed ad illos iam perfectis etc.* al. *perfectos.* Fr. ex auctor. Turic. et Flor. Cfr. quae eodem sensu a scriptore dicta leguntur 1, 8, 6. 12. „ad firmitus aetatis robur reserventur.“

§. 58. *quod.* Al. addunt: *etiam.* al. exhibent: *et.* — *satiati sumus.* al. *simus.*

§. 59. *ducendus color.* al. interponunt *est.*

§. 60. *quibus quoque.* al. *quibusdam, quod quoquam.* Sp. *quibusd. quod quondam.* Fr. *quod quidem;* editi. ante Basil. Nostrum ex coniect.

IX
 minor est:
 vero Lyric
 ficentia,
 que copia
 quae Hor
Stesichoro
 ostendunt
 et epici e
 personis i
 ac si tem
 merum pe
 est repre
 parte ope
 insectatu
 quoque l
 tioni sim
 maioribu
 mone p
 praecip
 ut quida

§. 61
 gradation
 §. 62
 minime
 m. in al.
 §. 63
 — oration
 gii qui s
 Codd. Te
 it. Ex con
 rint et re
 qui dant:
 dec. Obr.
 quantum
 agnoscitu
 ram illam
 conati sum
 — sermo
 nis proprie
 et Flor. le
 Contortam
 quod senti
 guli sensu
 §. 64.

minor est, materiae esse non ingenii vitium. Novem 61
 vero Lyricorum longe *Pindarus* princeps, spiritus magni-
 ficentia, sententiis, figuris, beatissima rerum verborum-
 que copia, et velut quodam eloquentiae flumine: propter
 quae Horatius eum merito credidit nemini imitabilem.
Stesichorum, quam sit ingenio validus, materiae quoque 62
 ostendunt, maxima bella et clarissimos canentem duces
 et epici carminis onera lyra sustinentem. Reddit enim
 personis in agendo simul loquendoque debitam dignitatem,
 ac si tenuisset modum, videtur aemulari proximus Ho-
 merum potuisse: sed redundat atque effunditur: quod ut
 est reprehendendum, ita copiae vitium est. *Alcaeus* in 63
 parte operis *aureo plectro* merito donatur, quia tyrannos
 insectatus multum etiam moribus confert: in eloquendo
 quoque brevis et magnificus et diligens et plurimum ora-
 tionis similis: sed et in peius it et (in) amores descendit,
 maioribus tamen aptior. *Simonides*, tenuis alioqui, ser- 64
 mone proprio et iucunditate quadam commendari potest:
 praecipua tamen eius in commovenda miseratione virtus,
 ut quidam in hac eum parte omnibus eius operis aucto-

62 570 a Chr. Hi-
 metae in Sicilia
 ducentary fuit
 Phalaris tyranus

§. 61. *et velut.* al. om. et. Retinuimus particulam propter gradationem sententiarum.

§. 62. *Stesichorum.* al. *Stersich.* al. *Terpsichorus.* — *canentem-sustinentem.* In multis editt. *canente-sustinente*, ex Tur. a sec. m. in al. *canentem-sustinente.* Iens.

§. 63. *quia.* al. *qua.* Sp. — *et plurimum.* al. *et plerumque.* Sp. Fr. — *orationi.* al. *oratori.* al. *Homero.* Nostrum tum ex iudicio Spaldingii qui suasit *oratori*, et Frotscheri, qui recepit: ansam praebuere Codd. Turic. et Flor. in quibus exstat: *orationis.* — *sed et in peius it.* Ex coniectura haec ita dare ausi sumus; quum alii alia suaserint et receperint. Vestigia secuti sumus Codd. Turic. et Flor. qui dant: *sed et eius sit.* al. *sed et lusit.* al. *sed in lusus et amores desc.* Obr. Zumptio probatur: *nam et lusit.* Nostrae lectioni aliquantum probabilitatis eo accedere videtur, quod ita quae facile agnoscitur *oppositio* luculentior fit Quod si cui non probetur, alteram illam evocare liceat rationem, qua rem difficilem explicare conati sumus: *sed et ut Teius lusit.* Cfr. Versionem nostr. p. III. — *sermone.* al. *sermones.* Tur. unde Spald. divinabat: num *sermonis proprietate et iucunditate?* — *commovenda miseratione.* In Tur. et Flor. legitur: *miserationis*; in Camp. duce illo: *commovendo mis.* Contortam quidem dicit orationem V. S. Spald. verum ut dicam, quod sentio, numero plurali perquam apte describi videntur singuli sensus et affectus animi misericordia commoti.

§. 64. *eius.* al. *eiusdem.*

- 65 ribus praeferant. Antiqua comoedia quum sinceram illam sermonis Attici gratiam prope sola retinet, tum facundissimae libertatis est et insectandis vitiis praecipua; plurimum tamen virium etiam in ceteris partibus habet. Nam et grandis et elegans et venusta: et nescio an ulla, post Homerum tamen, quem ut Achillem semper excipi par est, aut similior sit oratoribus aut ad oratores faciendos aptior. Plures eius auctores: *Aristophanes* tamen
 66 et *Eupolis Cratinusque* praecipui. Tragoedias primum in lucem *Aeschylus* protulit, sublimis et gravis et grandiloquus, saepe usque ad vitium, sed rudis in plerisque et incompositus: propter quod correctas eius fabulas in
 67 misere, suntque eo modo multi coronati. Sed longe clarius illustraverunt hoc opus *Sophocles* atque *Euripides*: quorum in dispari dicendi via uter sit poeta melior, inter plurimos quaeritur. Idque ego sane, quoniam ad praesentem materiam nihil pertinet, iniudicatum relinquo. Illud quidem nemo non fateatur necesse est, iis, qui se ad agendum comparant, utiliorem longe fore Euripidem.
 68 Namque et sermone (quod ipsum reprehendent, quibus gravitas et cothurnus et sonus Sophoclis sublimior erit) magis accedit oratorio generi, et sententiis densus et in

§. 65. *facundissimae*. al. *fecund.* — *est et*; ita ex Wolff. sententia, acc. Frotzsch. et Zumpt. Vulg. *etsi.* — *insectandis*. al. *inserunt*: in. — *venusta*. Codd. Tur. et Flor. *vetusta.* — *nescio an ulla*. Spald. substituit: *an nulla*. Cfr. vers. Germ. p. 112.

§. 66. *primum*. al. *primus*. Cfr. §. 80.

§. 67. *fore Eurip.* al. *Eurip. f.* — *Euripiden* Frotzsch. ex Tur.

§. 68. *Namque et sermone*. al. *is et in serm.* Sp. praeeunte Gesn. al. *namque hic et*. Obr. Nostrum ex codd. Flor. et Paris. 1. 2. pro quo al. *et vi et serm.* Flor. a m. s. Turic. et editt. nonn. — *quod ipsum reprehendent*. al. *reprehendunt*. Nos quidem vestigiis antiquissimorum codd. insistere minime dubitavimus, qui exserunt: *reprehendet*, unde in Camp. *reprehenderet*. — *sublimior erit*. Recipere ausi sumus et hanc optimam lectionem ex auctoritate Codd. Tur. et Flor. quum antea in omnibus fere editt. legeretur *videtur esse sublimior*, om. *erit*: scilicet quin ista: *videtur esse* interpretationem haberemus verbi simpliciter dicti: *erit*, nihil prorsus obstare videbatur. Ita enim quam optime codicum testimoniis satisfacere putabamus; in quibus (Tur. Flor.) cur insertum sit *erit* alioquin nulla causa idonea apparet. — *in miseratione*. Fr. Al. om. in. Obr. Gesn. acc. Sp.

IX
 iis, quae
 dicendo a
 in foro d
 omnibus
 facile pra
 testatur,
 Menander
 ter lectus
 ciat: ita
 inveniend
 rebus, p
 profecto
 adducunt
 ge magis
 aut illa n
 croe hab
 Hypobol
 lutae.
 declama
 conditio
 trum, f
 rum, in
 In quibu
 Atque il
 tulit no
 obduxit
 §. 6
 bilior nol
 auctorit.
 §. 70
 tur; pro e
 dum esse
 Tur. et F
 spectu bo
 mam qua
 lebant La
 oratoris
 a nostro
 ars respici
 §. 71
 §. 72
 leguntur.

iis, quae a sapientibus tradita sunt, paene ipsis par, et dicendo atque respondendo cuilibet eorum, qui fuerunt in foro disertis, comparandus: in affectibus vero quum omnibus mirus, tum in iis, qui in miseratione constant, facile praecipuus. Et admiratus maxime est, ut saepe 69 testatur, et eum secutus, quamquam in opere diverso, *Menander*: qui vel unus, meo quidem iudicio, diligenter lectus ad cuncta, quae praecipimus, efficienda sufficiat: ita omnem vitae imaginem expressit; tanta in eo inveniendi copia et eloquendi facultas; ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus. Nec nihil 70 profecto viderunt, qui orationes, quae *Charisii* nomine adducuntur, a Menandro scriptas putant. Sed mihi longe magis orator probari in opere suo videtur, nisi forte aut illa mala iudicia, quae Epitrepontes, Epiclesos, Locroae habent, aut meditationes in Psophodee, Nomothete, Hypobolimaeco non omnibus oratoriis numeris sunt absolutae. Ego tamen plus adhuc quiddam collaturum eum 71 declamatoribus puto, quoniam his necesse est secundum conditionem controversiarum plures subire personas, patrum, filiorum, militum, rusticorum, divitum, pauperum, irascentium, deprecantium, mitium, asperorum. In quibus omnibus mire custoditur ab hoc poeta decor. Atque ille quidem omnibus eiusdem operis auctoribus abs- 72 tulit nomen et fulgore quodam suae claritatis tenebras obduxit. Habent tamen alii quoque comici, si cum ve-

§. 69. *Et admiratus.* Vulgaris lectio *hunc et adm.* Praestabilior nobis videbatur et concinnior nostra, quam restituimus ex auctorit. codd. Tur. et Flor.

§. 70. *nomine adducuntur.* Vulgo legebatur: *nomine eduntur*; pro quo Frotsch. *addicuntur nomini.* Nos strictius adhaerendum esse credebamus Codd. exemplis, in quibus est: *adductura.* Tur. et Flor. — *putant al. putent*, quod quidem primo statim ad spectu horrorem iniicit. — *Locroae.* al. *Locri.* Priscam illam formam qua Graecam *Λοζροει* et similia pro sua ratione effingere solebant Latini, primum recepit Frotsch. approb. Zumpt. ad h. l. — *oratoriis numeris* al. *oratoris.* Spald. qui alteram illam lectionem a nostro loco etiam prorsus alienam censet. At non homo, sed ars respicitur.

§. 71. *decor.* al. *decorum.*

§. 72. *obduxit.* al. *adduxit.* Cod. Turic. *induxit.* Camp. — *leguntur.* al. *legantur.* — *pravis.* Haud pauci codd. et noun. editt.

nia leguntur, quaedam quae possis decerpere: et praecipue *Philemon*, qui ut pravis sui temporis iudiciis Menandro saepe praelatus est, ita consensu tamen omnium meruit credi secundus.

- 73 *Historiam* multi scripsere praeclare, sed nemo dubitat longe duos ceteris praeferendos, quorum diversa virtus laudem paene est parem consecuta. Densus et brevis et semper instans sibi *Thucydides*: dulcis et candidus et fusus *Herodotus*: ille concitatis, hic remissis affectibus melior; ille concionibus, hic sermonibus; ille
- 74 vi, hic voluptate. *Theopompus* his proximus ut in historia praedictis minor, ita oratori magis similis: ut qui, antequam est ad hoc opus sollicitatus, diu fuerit orator. *Philistus* quoque meretur, qui turbae quamvis bonorum post eos auctorum eximatur, imitator Thucydidis et ut multo infirmior, ita aliquatenus lucidior. *Ephorus*, ut
- 75 *Isocrati* visum, calcaribus eget. *Clitarchi* probatur ingenium, fides infamatur. Longo post intervallo temporis natus *Timagenes*, hoc (est) vel ipso probabilis, quod intermissam historias scribendi industriam nova laude reparavit. *Xenophon* non excidit mihi, sed inter philosophos reddendus est.

- 76 Sequitur *oratorum* ingens manus, ut quum decem simul Athenis aetas una tulerit. Quorum longe princeps

prave. Eadem fere erat ratio loci supra notati §. 26. Ceterum in paucis Codd. sed in mult. editt. pro *ut* legitur *quamvis*: nimirum ex fonte passim redundante. — *credi*. Al. inserunt *esse*; et Guelferb. simpliciter exhibet: *esse sec. om. credi*. Agnosces glossatoris manum.

§. 73. *fusus*. al. *effusus*. — *voluptate*. al. *voluntate*; cuius quidem confusionis permulta exstant exempla. Cfr. Corte ad Sall. lug. 13. Drakenb. ad Liv. V, 6, 3.

§. 74. *post eos*. al. *hos*.

§. 75. *hoc (est) vel ipso*. Sp. al. *vel hoc est ipso*. Obr. Gesn. al. Contra Camp. et Guelf. c. Goth. exhibent: *hoc vel*, et: *vel h*. Unde concluderim, *est* salva concinnitate omitti posse; immo olim et a prima manu scriptum fuisse: *hoc et ipso*. Librariorum aliquis pro sua copia adiecit: *vel*; scilicet ne quem dubium traheret illud *et*. Hanc vero particulam saepe excidisse monet Duker. ad Liv. 34, 14, 2. Denique in eiusmodi censu habendo non adeo frequentat Quinctil. verbum substant.

§. 76. *ut quum*. al. omittunt *ut*. In Camp. simpliciter: *ut*.

Demosthene
tam densa o
nihil otiosu
nec quod re
fusus et gr
tamen plus
et acutus H
rim utilior
tilis atque
quaeras pe
tam; puro
crates in
laestrae q
cendi ven
se non iud
studiosus;
reprehens
has sola
parum f
metrium
dicitur,
§. 77.
§. 78
sit. Contr
§. 79.
et permul
iecturam
vel comp
praebueri
in Turic.
defendi pe
cfr. 1, 2,
ad Liv. V
ria enim a
dant: aud
sentiet. —
tulos adm
rum laudi
ipso optim
Acroas. p.
§. 80.
Sp. Fr. et
7. — Pha
aliquot: m

Demosthenes ac paene lex orandi fuit: tanta vis in eo, tam densa omnia, ita quibusdam nervis intenta sunt, tam nihil otiosum, is dicendi modus, ut nec quod desit in eo nec quod redundet invenias. Plenior *Aeschines* et magis 77 fusus et grandiori similis, quo minus strictus est; carnis tamen plus habet, minus lacertorum. Dulcis imprimis et acutus *Hyperides*, sed minoribus causis, ut non dixerim utilior, magis par. His aetate *Lysias* maior, subtilis atque elegans et quo nihil, si oratori satis sit docere, quaeras perfectius: nihil enim est inane, nihil arcessitum; puro tamen fonti quam magno flumini propior. *Isocrates* 79 in diverso genere dicendi nitidus et comtus et palaestrae quam pugnae magis accommodatus, omnes dicendi veneres sectatus est; nec inmerito: auditoriis enim se non iudiciis compararat: in inventione facilis, honesti studiosus: in compositione adeo diligens, ut cura eius reprehendatur. Neque ego in his, de quibus locutus sum, 80 has solas virtutes, sed has praecipuas puto: nec ceteros parum fuisse magnos. Quin etiam *Phalerea* illum *Demetrium*, quamquam is primum inclinasse eloquentiam dicitur, multum ingenii habuisse et facundiae fateor, vel

§. 77. minus lacertorum. al. ordine inverso: l. m.

§. 78. satis sit. al. est. Ita ex Tur. et Camp. Frotsch. Vulgo: sit. Contra Spald. ex con. esset. Cfr. Vers. p. 114.

§. 79. compararat. Codd. optimi, velut Turic. Flor. Guelf. et permultae editt. vetustae conspirant in: comparat. Inde coniecturam facere liceat a prima manu scriptum fuisse: comparet vel comparuit; praesertim quum ita divinari queat, quid ansam praebuerit librariorum alicui inserendi verbi venit, quod legitur in Turic. pro: se non. Neque etiam dubitaverim, quin optimo iure defendi possit dativus casus: auditoriis — iudiciis. De sententia cfr. 1, 2, 18. et de verborum confusione Drakenb. et Gronov. ad Liv. VI, 1, 10. Itaque locum ita habuisse putamus: auditoris enim se non iudiciis comparuit. Tur. enim et Flor. a pr. m. dant: auditoris; quod quanto illi alteri voci praestet, quisque sentiet. — cura — reprehendatur. Non alienum censeo, adolescentulos admonere iudicii, quod olim in summorum oratorum veterum laudibus celebrandis de Isocrate tulit clarissimus Ernesti, ipse optimi dicendi generis nobilissimum exemplum. Oratt. et Acroas. p. 25 sq. edit. Lugdun. Bat. 1762.

§. 80. is primum. Ita codd. Tur. Flor. al. primus. Ita etiam Sp. Fr. et priores. Sed cfr. Duk. et Drakenb. ad Liv. VI, 11, 7. — *Phalerea*. Sp. ex codd. Vulg. *Phalereum*. — medio. Codd. aliquot: mediocri.

ob hoc memoria dignum, quod ultimus est fere ex Atticis, qui dici possit orator: quem tamen in illo medio genere dicendi praefert omnibus Cicero.

- 81 *Philosophorum*, ex quibus plurimum se traxisse eloquentiae M. Tullius confitetur, quis dubitet *Platonem* esse praecipuum, sive acumine disserendi sive eloquendi facultate divina quadam et Homericam? Multum enim supra prosam orationem et quam pedestrem Graeci vocant, surgit: ut mihi non hominis ingenio, sed quodam
- 82 Delphico videatur oraculo dei instinctus. Quid ego commemorem *Xenophontis* illam iucunditatem in affectatam, sed quam nulla consequi affectatio possit? ut ipsae sermonem finxisse Gratiae videantur et, quod de Pericle veteris comoediae testimonium est, in hunc transferri iustissime possit, in labris eius sedisse quandam persuadendi Deam. Quid reliquorum *Socraticorum* elegantiam?
- 83 Quid *Aristotelem*? quem dubito scientia rerum an scriptorum copia, an eloquendi (usus) suavitate, an inventionum acumine, an varietate operum clariorem putem. Nam in *Theophrasto* tam est loquendi nitor ille divinus,
- 84 ut ex eo nomen quoque traxisse dicatur. Minus indulgere eloquentiae *Stoici* veteres: sed quum honesta suaserunt, tum in colligendo probandoque quod instituerant

§. 81. *oraculo dei*. Plerique omittunt *dei*; quod recipere non dubitavimus, quum nulla adsit caussa, cur auctoritati Codd. Tur. et Flor. quibus nuper accessit Leid. A. diffidamus, nisi quod ibidem legitur: *instructus*, unde a corrigente manu: *instructus*: quod merito refugimus, obsecuti Drakenborchio ad Liv. V, 15, 10.

§. 82. *illam iuc.* al. *iuc. i.* — *consequi aff. poss.* Sic Sp. ex Tur. Flor. Etiam hic ordo verborum varie turbatur. al. *p. a. c.* al. *a. c. p.* ut ipsae sermon. *finx.* Gratiae vid. al. *ipse serm.* Graecis *finx.* videatur. Iens. cum editt. ante Ald. Badio non displicuit ipsi.

§. 83. *an eloquendi suar.* al. inserunt *usus eloq.* Tur. Flor. quod prorsus respuere nefas duximus, tum ab aliorum quoque codd. auctoritatem, tum quod bene congruit cum auctoris sententia; *constans* enim quaedam eloquendi ratio significatur; neque etiam membrorum turbatur aequalitas. — *loquendi nitor.* al. *eloquendi.* Obr. Gesn. et multi priorr.

§. 84. *colligendo.* al. *eligendo.* — *quod instit.* al. *quae.* Sp. quamquam non improbat nostrum; quod est in Goth. et apud Iens. et alios ante Ald. — *affectaverunt* al. *affectant.* al. *affectarunt.*

INS
plurimum
quod sane
B.)
ducendus
apud nos
omnium ei
hand dubi
ab Afro D
quem Hon
quit, est
Et hercule
rimus, it
quod ei f
vincimur,
longe sec
dem, sec
ciant: el
lis, alte
nomen
nendus
parum l
adoremus
tantam h
§. 85.
praemittu
§. 86.
stare nobi
Flor. exci
accepi. Ob
cordantur
assererand
Flor. Tar.
est: coel. at
horum con
utra vox at
vocabuli im
veris. — et
quanto plus
opinemur:
§. 87.
tuetur praet
lor, scripto
conditioe t

plurimum valuerunt: rebus tamen acuti magis quam, id quod sane non affectaverunt, oratione magnifici.

B.) Idem nobis per Romanos quoque auctores ordo ducendus est. Itaque ut apud illos Homerus fuit, sic apud nos *Virgilius* auspiciatissimum dederit exordium, omnium eius generis poetarum, Graecorum nostrorumque, haud dubie proximus. Vtor enim verbis iisdem, quae ab Afro Domitio iuvenis excepi: qui mihi interroganti, quem Homero crederet maxime accedere, *Secundus*, inquit, *est Virgilius, propior tamen primo quam tertio*. Et hercule ut illi naturae coelesti atque immortalis cessemus, ita curae et diligentiae vel ideo in hoc plus est, quod ei fuit magis laborandum: et quantum eminentibus vincimur, fortasse aequalitate pensamus. Ceteri omnes longe sequuntur. Nam *Macer* et *Lucretius* legendi quidem, sed non ut phrasin, id est corpus eloquentiae faciant: elegantes in sua quisque materia, sed alter humilis, alter difficilis. *Atacinus Varro* in iis, per quae nomen est assecutus, interpretis operis alieni, non spernendus quidem, verum ad augendam facultatem dicendi parum locuples. *Ennium* sicut sacros vetustate lucos adoremus, in quibus grandia et antiqua roboram iam non tantam habent speciem, quantam religionem. Propiores

§. 85. *apud nos. In Camp. Romanos.* — *haud dub.* nonn. praemittunt: *illi.* Obr. Gesn.

§. 86. *utor.* al. *utar.* Obr. G. — *ab Afro.* al. *ex.* Sp. Fr. Praestare nobis videtur *ab*, quod quum prorsus desit in Turic. et Flor. excidere poterat propter sequens *Afro.* — *excepi.* Sp. al. *accepi.* Obr. Gesn. et plerique. — *hercule* al. *hercle.* Facile recordantur studiosi bonarum literarum, quam frequens sit in hac asseverandi forma Tacitus. Ann. 1, 3. 17. — *ut.* al. *cum.* Codd. Flor. Tur. — *coelesti atque immortalis.* In 3 codd. melioris notae est: *coel. atq. divinae.* In Camp. *divinae atq. coel.* quae quidem verborum coniunctio haud infrequens. Cic. Phil. V, 11. Attamen ultra vox auctoris sit, non dubium erit, si quae videri poterat vocabuli *immortalis* ambiguitas, certe posteriori aetate, spectaveris. — *et quantum em.* al. *eminentioribus*, et pro *quantum* dant: *quanto plus.* Unde eo adducimur ut antiquitus scriptum fuisse opinemur: *quanto — vincimur, plus fortasse etc.*

§. 87. *sequuntur.* Vulgo: *sequentur.* Sed lectionem nostram tuetur praeter Cod. Paris. 1. et edit. Camp. et Obr. ipsa, ni fallor, scriptoris ratio, h. l. sententiam plane et aperte, neque cum conditione ferentis. Approbat Zumpt. ad h. l.

alii atque ad hoc, de quo loquimur, magis utiles. Lascivus quidem in herois quoque *Ovidius* et nimium amator ingenii sui; laudandus tamen partibus. *Cornelius* autem *Severus*, etiamsi versificator quam poeta melior, si tamen, ut est dictum, ad exemplar primi libri bellum Siculum perscripsisset, vindicaret sibi iure secundum locum. Verum eum consummari mors immatura non passa est: puerilia tamen eius opera et maximam indolem ostendunt et admirabilem, praecipue in aetate illa, recti generis voluntatem. Multum in *Valerio Flacco* nuper amissimus. Vehemens et poeticum ingenium *Salei Bassi* fuit: nec ipsum senectute maturum. *Rabirius* ac *Pedo*

§. 88. *atque ad hoc de quo.* al. *ad hanc de qua.* inde exortum est, quod in nonn. editt. insertum legitur: (Obr. Gesn.) ad h. *phrasin.* — *in horis.* Frotsch. ex codd. assent. nunc Zumpt. al. *heroicis.* Sp. et priorr. — *partibus* al. addunt; in. Obr. Gesn. Sed eandem structuram reperies IX, 4, III. et a plurimis codd. praepositio h. l. abest. Ad hoc sollemnis fere scriptoribus illius aetatis, veluti Tacito, usus *ablativi simpliciter positi*, ad significandam partem vel rem qua quis in utramque partem insignis est. Cfr. supra §. 73. Tacit. Ann. I, 3. *bonus militia.* Praeiverunt exemplum et Sallustius et Livius, apud quem IV, 3. *pace belloque bonus.* Sunt etiam loci, in quibus haud immerito aliquis requirat vel *in*, vel *ex*, vel *propter*.

§. 89. *etiamsi.* Quum codd. Turic. et Guelf. cum Voss. 3. haberent: *etiam sit*, Spaldingio haud absurda videbatur lectio: *etiamsi sit.* Quae si admittatur lectio, vereor, ne pro certo quod tulit Quinctil. iudicio, animo fluctuasse videatur. — *ad exemplar.* al. *exempla.* Fr. ex Tur. — *verum eum.* Locum vehementer impeditum ita explicare non tam tentavimus, quam ausi sumus; neque tamen id factum est in vitis Codd. ex quibus Flor. dat: *ferrenum.* Guelf. *Varrenum.* Quibus iudiciis commoti alii exararunt: *Varenum*, adnitente Burm. alii *Serranum*, cui imprimis favet Sarpe. Cfr. Frotsch. ad h. l. — At nobis haec omnia a Quinctil. cum quadam animi aegritudine pronunciata videntur, utpote qui egregium poetae juvenis ingenium morte praereptum doleret; quare iudicio superiori aliquid addendum erat, quo confirmaretur. Spald. dat: *Sed eum*; praecedent. prioribus, in quibus Obr. Gesn. Scilicet *perscripsisset* nobis est: scribendo *absolvere potuisset.* Deinde distinguendum est inter vulgarem sententiam (ut est dictum) et quam suam profitetur Quinctil. — *admirabilem.* al. *mirabil.*

§. 90. *Salei* al. *Saleii* vel *Salii.* — *maturum.* Quid vere hic lateat sub notis codd. Tur. et Flor. heu nimis mutilis, non tam discerni quam divinari potest. Nostrum et Spald. et vulgatum. Frotschero praestare visum est: *maturuit*, auctore et suasore Spaldingio ad h. l. Sed quod est in Cod. Tur. *maturbi* (et in quo nititur Sp.) id ne a proximo nomine *Rabirii* exortum sit, ve-

INS
non indign
concitatus
tio, magis
minavimus
studiis def
esse eum
eius operib
rat, subli
stantius?
gerit? Q
rent? Cu
Minerva?
enim cete
Nos tame
non tantu
testamur,
Inte
Elegia q
reor. — i
al. *adum*
quo fonte
ctaverit et
et mirari.
bantis cui
saltus erat
§. 91.
in quibus
Inde suspi
enim parti
pla quam
VIII, 30,
donato imp
in omnibus
pan. secuti
Zumptio ad
dispicet. I
Cfr. Tacit.
adsumit. —
ex coniect.
§. 92.
Codd. Turic
tis, sed ni
num erat a
cum commi
§. 93.

non indigni cognitione, si vacet. *Lucanus* ardens et concitatus et sententiis clarissimus et, ut dicam quod sentio, magis oratoribus quam poetis imitandus. Hos non 91 minavimus, quia GERMANICVM AVGVSTVM ab institutis studiis deflexit cura terrarum parumque diis visum est, esse eum maximum poetarum. Quid tamen his ipsis eius operibus, in quae, donato imperio, iuvenis secesserat, sublimius, doctius, omnibus denique numeris praestantius? Quis enim caneret bella melius quam qui sic gerit? Quem praesidentes studiis Deae propius audirent? Cui magis suas artes aperiret familiare numen Minerva? Dicent haec plenius futura saecula. Nunc 92 enim ceterarum fulgore virtutum laus ista praestringitur. Nos tamen sacra literarum colentes feras CAESAR, si non tantum hoc praeterimus et Virgiliano certe versu testamur,

Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

Elegia quoque Graecos provocamus, cuius mihi tersus 93

reor. — *imitandus*. Sic constanter opt. codd. et editt. vett. nonn. al. *adnumerandus*. Gesn. Sp. immo: *numerandus*. Iens. al. Ex quo fonte haec scriptura emanaverit, colligi potest, si quis spectaverit commixtionem non ita infrequentem verborum *imitari* et *mirari*. Quodsi itaque ponimus, scriptum fuisse a manu labantis cuiusdam librarii *mirandus*: facilis inde ad *numerandus* saltus erat.

§. 91. *parumque*. Sic vulgo legitur, quamquam invitis codd. in quibus est: *his*; in nonn. deest *enclitica*, in al. datur: *quae*. Inde suspicor, veram scripturam fuisse: *parum quod diis*. Saepe enim particulas *que et quia et quod* inter se confusas esse exempla quam plurima docent. Cfr. Drakenb. ad Liv. II, 4, 3. et VIII, 30, 9. ubi habes literam *d* interceptam ab antecedente. — *donato imperio*. Sic ex auctorit. codd. Turic. Flor. Guelf. alior. in omnibus fere editt. legitur. Alii, sed pauci numerantur, Campan. secuti, dant: *donatus*. Fuerunt qui conicerent: *natus*. Zumptio ad h. l. probatur: *pacato*; verum id ipsum nobis prorsus displicet. Probabilius videtur: *damnato*, i. e. *spreto*, *abiecto*. Cfr. Tacit. Hist. IV. extr. Ita si qua est, ipsa adulatio robur adsumit. — *secesserat*. Libri exhibent: *successerat*. At nostr. ex coniect. Lipsii ad Tacit. Hist. IV, 86. — *gerit*. al. *egerit*.

§. 92. *tantum*. Vulgo: *tacitum*. Usurpare, quod suppeditant Codd. Turic. et Florent. nos coegit non solum reverentia vetustatis, sed nisi mente decipimur, ingenii Quinetiliani, a quo alienum erat addere: *tacitum*, quamquam nos non fugit frequens vocum commixtio.

§. 93. *quoque Graec.* al. ordine immutato: *Gr. quoq.* — *Satira*.

atque elegans maxime videtur auctor *Tibullus*. Sant qui *Propertium* malint. *Ovidius* utroque lascivior, sicut durior *Gallus*. Satira quidem tota nostra est, in qua primus insignem laudem adeptus *Lucilius* quosdam ita deditos sibi adhuc habet amatores, ut eum non eiusdem modo operis auctoribus, sed omnibus poetis praeferre
 94 non dubitent. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui *Lucilium fluere lutulentum et esse aliquid, quod tollere possis*, putat. Nam eruditio in eo mira et libertas atque inde acerbitas et abundantia salis. Multo et est tersior ac purus magis *Horatius* et, nisi labor eius amore, ad notandos hominum mores praecipuus. Multum et verae gloriae, quamvis uno libro,
 95 *Persius* meruit. Sunt clari hodieque et qui olim nominabuntur. Alterum illud etiam prius satirae genus, sed non sola carminum varietate mixtum condidit *Terentius Varro*, vir Romanorum eruditissimus. Plurimos hic libros et doctissimos composuit, peritissimus linguae Latinae et omnis antiquitatis et rerum Graecarum nostrarumque, plus tamen scientiae collaturus quam eloquentiae.
 96 Iambus non sane a Romanis celebratus est ut proprium

al. *Satyra*. Frotsch. dedit: *Satura*. Aliam fuisse scripturam Quinctiliani, aliam librariorum pro certo habeo: sed praestare videbatur sequi usum recentiorum. — adeptus. al. addunt: est. — amatores. Frotsch. uncis inclusit: abest enim a Basil. Neque vero omissum excusarem.

§. 94. *abundantia* al. *abunde*. Sic Frotsch. ex codd. (cum eo Gernh.) Sed ut dicam, quod sentio, *abundantia* non placet: itaque in mentem venit: *abunde etiam*; in quo, quantum nunc videre licet, ex parte adiuvor codd. qui dant: *multum etiam est*. Quae verba quo referantur, quum haesitent critici, quid est quod impedit, quominus *multum est* interpretamentum habeamus vocis *abunde*, quod h. l. cum Genitivo constructum insolentius alicui videbatur? Quod si placet, oratio ita procedat: *Tersior ac purus* etc. nam Quinctil. scripsisse: *multum et est tersior* etc. mihi aegre persuaserim. Itaque dum meliora in lucem preferuntur, servetur lectio vulgaris: *multo*. — nisi. al. non. Spald. suspicabatur: *non enim*. Verba: *ad not. hom. mores* a Frotsch. omittuntur: nulla enim nituntur codd. auctoritate: una est edit. Campan. quae hanc scripturam confirmet. Eam recepit Spald. qui tamen respuit parenthesin illam: *nisi lab. ei. am.*

§. 95. *hodieque* al. *hod. quoque*. — alterum — sed al. *illud est et p. sat. gen. quod non* etc. quod. Obr. Gesn.

IXS
 opus; quib
 Bibaculo,
 non reperit
 legi dignu
 incunditati
 sine auda
 Bassus, q
 ingenia vi
 cius atque
 verborum
 nitor et su
 deri potes
 men Accio
 qui esse
 cuilibet G
 detur mili
 si ingeni

§. 96.
 stinam im
 epod. inter
 addit non
 biliora vid
 tur, ita tan
 Hermanni
 h. l. versib
 lum referu
 ex libro IX
 res specta
 intervenit;
 ctura Viri
 in Horatio
 neminem V
 illud exhib
 Quae ratio
 tur. Utrus
 quaesitum
 Guelf. —
 ex Guelf. i
 quem. Sum
 propter an
 detimus in
 §. 97.
 Hanc lecti
 Est codicis
 §. 98.
 vulgaris le

opus; quibusdam interpositus: cuius acerbitas in *Catullo*, *Bibaculo*, *Horatio*, quamquam illi epodos intervenit, non reperietur. At Lyricorum idem *Horatius* fere solus legi dignus. Nam et insurgit aliquando et plenus est iucunditatis et gratiae et varius figuris et verbis felicissime audax. Si quemdam adicere velis, is erit *Caesius Bassus*, quem nuper vidimus: sed eum longe praecedunt ingenia viventium. Tragoediae scriptores veterum *Ac-* 97
cus atque *Pacuvius* clarissimi gravitate sententiarum, verborum pondere, auctoritate personarum. Ceterum nitor et summa in excolendis operibus manus magis videri potest temporibus quam ipsis defuisse. Virium tamen Accio plus tribuitur: Pacuvium vindicare doctiorem, qui esse docti affectant, volunt. Iam *Vari Thyestes* 98
cuiuslibet Graecarum comparari potest. *Ovidi Medea* videtur mihi ostendere, quantum ille vir praestare potuerit, si ingenio suo temperare quam indulgere maluisset.

§. 96. *quamq. illi epod. intervenit.* Locus, quem vix ad pristinam integritatem restituas. Apud Spald. est: *quamq. illi epod. intervenire reperitur.* Gesner. eandem lectionem servans, addit *non ante rep.* Alii alia commenti sunt: Frostsch. probabiliora videbantur haec: *quamquam illi epod. interveniat, reperitur*, ita tamen, ut *illi* ad Horatium pertinere ex auctoritate cl. Hermanni censeret. Sed *intervenire*, si quid video, magis *rebus* h. l. *versibus*, quam *personis* conveniens est. Itaque ad *iambum* refero pronomini vim; nam quum ex aliis locis tum maxime ex libro IX, 3, 23. apparet, *intervenire* i. e. *interpositum esse* ad res spectare, veluti: *continuationi sermonis medius aliquis sensus intervenit*; scilicet describitur *parenthesis*. Est praeterea coniectura Viri docti, qui suadet lectionem hanc: *in Catullo, Bibaculo; in Horatio — non rep.* Cfr. Zumpt. ad h. l. Postremo mirum est, neminem Virorum DD. causam agere voluisse pronomini, quale illud exhibent Codd. et libri editi: *ille*; (in Guelf. datur: *illa*.) Quae rationescio an simplicissima certe ab facilitate commendetur. Utrum praestet legere *intervenit* an — *veniat*, de eo quum quaesitum sit, optimum rati sumus consistere in testimonio Cod. Guelf. — *felicissime* al. *ferocissime*. Iens. — *si quemdam*. Spald. ex *Guelf.* alii ex *Tur.* et *Voss.* I. *quidem*. Gernh. Reliqui: *si quem*. Sunt qui perhorrescant *is*, quod facile intercidere potuit propter antecedens *velis*; sed *quemdam* necessario requirit quod dedimus *is* erit.

§. 97. *pondere, auct. al. inserunt et. — vindicare doctiorem.* Hanc lectionem recipere non dubitavimus pro vulgari: *videri*. Est codicis Guelf. facile enim verbi gravitas agnoscitur.

§. 98. *Graecarum.* al. *Graecorum.* — *ingenio temperare.* Haec vulgaris lectio. Plausum tulit a nonnullis codicis Turic. gratui-

Eorum quos viderim longe princeps *Pomponius Secundus*, quem senes parum tragicum putabant, eruditione ac ni-
 99 fore praestare confitebantur. In comoedia maxime claudicamus; licet Varro *Musas*, Aeli Stilonis sententia *Plautino* dicat *sermone locuturas fuisse, si Latine loqui vellent*; licet *Caecilium* veteres laudibus ferant; licet *Terenti scripta* ad Scipionem Africanum referantur: quae tamen sunt in hoc genere elegantissima et plus adhuc
 100 habitura gratiae, si intra versus trimetros stetissent. Vix levem consequimur umbram, adeo ut mihi sermo ipse Romanus non recipere videatur illam solis concessam Atticis venerem, quum eam ne Graeci quidem in alio genere linguae obtinuerint. Togatis excellit *Afranius*, utinamque non inquinasset argumenta puerorum foedis amoribus, mores suos fassus.

101 At non *historia* cesserit Graecis, nec opponere Thucydidi *Sallustium* verear, neque indignetur sibi Herodotus

tum quoddam donum: *operari*, praesertim quum infra legatur: *scholae operatum*. X, 3, 13. Sed alia prorsus ratio est *scholae, studiorum, sacrificiorum, superstitionum* et similium notionum, alia *ingenii*, cui quomodo quis *operetur*, facile quidem est ad intelligendum, sed num *proprie* dicatur, dubitatur. Habuimus etiam, si auctoritate aliqua opus est, nobiscum quondam consentientem virum, nescio an acutis simo quoque sagaciorem *Reisigium*: in quo quantum res publica literaria amiserit, dicent plenius, dolent acrius futura saecula. — *quem senes*. Frotzsch. addidit *quidem* ex coniect. Spald. *parum tragicum*. In lens. et Tarv. exaratum est: *Pindarum*, quod merito Spald. monstri nomine compellat.

§. 99. *Aeli Stil.* Spaldingio haud ineptum videbatur: *ex Ael.* At mihi tanquam probabilius in mentem incurrebat, num olim scriptum fuerit: *de L. i. e. Lucii Stil. sent.* Nam litera D in P mutatae exempla non ita rara; neque adeo infrequens permixtio literae L et I. In codd. vero Turic. et Flor. *epistilonis*. in Guelf. est: *elistelionis*. Verum quemadmodum *el* in *d* coaluere, ita etiam *d* in *e l* discindi poterat. Cfr. Drakenb. ad Liv. II, 16, 7.

§. 100. *quum eam*. al. *quando*. Sp. Sed nostr. codd. Flor. et Paris. I. 2. Quibus accedunt Turic. et Camp. in quibus est: *quoniam*: nempe ex sequenti *eam* a librario contractum. Ceterum uti *quando* et *quoniam*, ita *quum* et *quoniam* saepissime inter se confusa esse docent exempla. Contra in Flor. pluribus locis datur *quando* pro *quoniam*, velut II, 10, 12. III, 1, 1. ubi cfr. Zumpt. in supplem.

§. 101. *cesserit*. Spald. *cesserim*, praecunte Burm. suspicatur tamen: *cesserimus*, rectum casum, qui est in vulgata, improprum esse et languere affirmans. Verum recordare, quae supra leguntur §. 98. *Vari Thyestes, Ovidi Medea*. Alii: *histor. non*

IN
 aequari T
 clarissimie
 enarrari p
 rebus tum
 praecipue
 historico
 illam Sall
 est. Nan
 nus, pare
 auditus e
 minus pre
 paulum r
 utique in
 probabili
 minor.

ordine tra
 historia ta
 Obr. Ges
 — ita qua
 Obr. Ges
 §. 10
 a sec. m.
 et Flor. e
 batur ema
 ille. — No
 codd. Con
 ingenii. I
 et mult. e
 ingenii. U
 in Goth. I
 latus, ser
 enim vix
 elatum ing
 altum inge
 Cui accedi
 In plerisq
 crebrior.

§. 10
 §. 10
 intellectus
 tectus. S
 quod frige
 cod. Tur.
 manu pr.
 cur recusa
 illud vulg
 intell. Fro

aequari *T. Livium*, quum in narrando mirae iucunditatis clarissimique candoris tum in concionibus supra quam enarrari potest eloquentem: ita quae dicuntur omnia quum rebus tum personis accommodata sunt: affectus quidem, praecipue eos qui sunt dulciores, ut parcissime dicam, nemo historicorum commendavit magis. Ideoque immortalem 102 illam Sallusti velocitatem diversis virtutibus consecutus est. Nam mihi egregie dixisse videtur *Servilius Nonianus*, pares eos magis quam similes: qui et ipse a nobis auditus est, elati vir ingenii et sententiis creber, sed minus pressus quam historiae auctoritas postulat. Quam 103 paulum aetate praecedens eum *Bassus Aufidius* egregie, utique in libris belli Germanici, praestitit, genere ipso probabilis in omnibus, sed in quibusdam suis ipse viribus minor. Superest et adhuc exornat aetatis nostrae glo- 104

ordine transposito. Adde quod supra legitur §. 31 et II, 4, 2. *historia tanto robustior, quanto verior. — neque indignetur. al. nec.* Obr. Gesn. In Camp. verba ita se excipiunt: *neque i. H. aeq. sibi. — ita quae. al. itaque;* et pro: *sunt*, quod infra, exhibent: *sed.* Obr. Gesn.

§. 102. *Sallusti.* al. *Sallustius.* Ienson. acc. Camp. et Turic. a sec. m. Sed pro *immort. ill.* in Guelf. *ill. im.* in codd. Tur. et Flor. et Alni. pronomem non legitur; unde Spald. suspicabatur emanasse ex *immortalem.* Sed mihi certe magis placeret: *ille.* — *Nonianus.* In hoc nomine uti in plerisque valde fluctuant codd. Complures exhibent: *Novianus.* Obr. Iens. et al. — *elati vir ingenii.* Ita Spald. ex coniect. acc. Fr. et Gernh. In codd. nonn. et mult. editt. est: *clarus ingenio.* In codd. Tur. et Flor. *clarius ingenii.* Unde colligere liceat, quum *clarius* supra §. 44. legatur in Goth. pro *elator*, et quum saepenumero confundantur *altus* et *elatus*, scriptum fuisse a prima manu: *et alti vir ingenii.* Ferri enim vix potest ea notionum ac rerum oppositio, qualis est inter *elatum ingenium* et quod paullo post legitur: *pressus.* At contra *altum ingenium* idem fere est, quod *alta mens.* cfr. Prooem. VI, 7. Cui accedit, quod *elatus* magis ad *spiritum* sit, quam ad *ingenium.* In plerisque editt. est: *clari vir ingenii.* Obr. Gesn. — *creber.* al. *crebrior.*

§. 103. *suis ipse.* al. omittunt.

§. 104. *Superest et adhuc* etc. Locus mire depravatus, ac ne intellectus quidem, utpote ab ipso auctore consulto caligine obtectus. Sed tentemus aliquid medelae afferre. Ita pro *superest*, quod frigere videtur, propter sequentia: *aetatis nostrae* etc. ex cod. Tur. indiciis eruere malim: *superior ei est.* Ille enim a manu pr. *super eius.* Itaque intelligas: *laude superior.* Deinde cur recusemus: *ad hoc*, quod commendant Tur. et Flor. quum illud vulgare: *adhuc* paene otiosum sit? — *qui olim nom. nunc intell.* Frotsch. omissis prioribus, posteriora ita constituit: *cui*

riam vir saeculorum memoria dignus, qui olim nominabitur, nunc intelligitur. Habet amatores, nec imitatores, ut libertas quamquam circumcisis quae dixisset ei nocuerit. Sed elatum abunde spiritum et audaces sententias deprehendas etiam in his quae manent. Sunt et alii scriptores boni: sed nos genera degustamus, non bibliothecas excutimus.

105 *Oratores* vero vel praecipue Latinam eloquentiam parem facere Graecae possint. Nam *Ciceronem* cuiusque eorum fortiter opposuerim. Nec ignoro, quantam mihi concitem pugnam, quum praesertim non id sit propositi, ut eum *Demostheni* comparem hoc tempore: neque enim attinet, quum Demosthenem imprimis legendum vel ediscendum potius putem. Quorum ego virtutes plerasque arbitror similes, consilium, ordinem dividendi, praeparandi, probandi rationem, denique quae sunt inventionis. In eloquendo est aliqua diversitas: densior ille, hic copiosior; ille concludit adstrictius, hic latius; pugnat ille acumine semper, hic frequenter et pondere; illic nihil detrahi potest, hic nihil adiici; curae plus in
106 illo, in hoc naturae. Salibus certe et commiseratione, quae duo plurimum in affectus valent, vincimus. Et

intelligitur habenti amatores, nec immerito, remitti libertas. Quam locutionem quominus veram et antiquam habeamus, prohibet et structurae ratio nimis artificiosa et sententia auctoris, quae nisi opinione decipimur, paene desideratur. Itaque non suademus, sed aliorum arbitrio subdimus haec: *Habent* (sic Turic.) *eum amatores, nec immerito, reum ut ei libertas*, quamquam circumcisis quod *vel nocuerit* — Nam de structura particulae *ut nihil moror*. cfr. Drakenb. ad Liv. V, 55, 5. neque displicet *vel*, quod est in Flor. et simul ita levatur suspicio, quam ad h. l. movit Zumpt. de ingenio scriptoris nostri. Sed quam exarari curavimus lectionem, ea est Spaldingii, a qua recedere nolimus, dum meliora exspectamus. Eadem Gesn. Obr. et nuper accessit Gernhard. Quod *Geel* pro: *vel nocuerit* legendum suspicatus est: *vela contraxerat*, id propter rei novitatem silentio praeterire nolimus. — *non bibl.* al. om. *non.* Iens. et al.

§. 105. *possint* al. *possunt*. Gesn. Obr. — *non sit* al. *id n. s.* Gesn. Obr. al. *n. s. i.* ex Flor. Spald. Fr. Nostrum ordinem servant praeter alios codd. Paris. l. 2. *imprimis* al. *in primis*. Fr.

§. 106. *dividendi* al. *videndi*. Iens. — *illic* — *hic*. Fr. ex Tur. Flor. Reliqui: *illi* — *huic*

§. 107. *quae duo plur in affectus*. al. *quae* — *in adfectibus*. Obr. Alii in quibus Sp. Fr. *qui duo* — *affectus*. Nostrum ex

INST
fortasse epilog
illa, quae Atti
ninus permise
utriusque, dial
est: cedendum
fuit et ex mag
Nam mihi vid
tionem Graeco
nis, copiam P
quod in quoqu
tum, sed pluri
extulit immort
pluribus, ut ai
gite exundat,
totas vires sua
diligentius, m
quam incundit
trare eam cre
rat, tamen ill
bus, quae di
Camp. adiuvant
frons, oculi, ma
nihil ille. Ita Sp
et coniect. Sp. p
videtur lectio ill
§. 108. in h
Deest in multis
nomine, quam
gatur, qui sit.
§. 109. sed
pat. o. Locat. et
evadent antiquis
orationis nexu.
§. 110. cui
cui quamquam S
Quid impediabat
al. praeposunt:
quam. al. ut. Fr
ferat. Iens. et p
§. 111. dicit
Flor. Ferri non
tenet. — illabora
vulgo: sed illud
Prasch. Suspical
Schuet Tur. et

fortasse epilogos illi mos civitatis abstulerit: sed et nobis illa, quae Attici mirantur, diversa Latini sermonis ratio minus permiserit. In epistolis quidem, quamquam sunt utriusque, dialogisve, quibus nihil ille, nulla contentio est: cedendum vero in hoc (quidem), quod (ille) et prior 108 fuit et ex magna parte Ciceronem, quantus est, fecit. Nam mihi videtur M. Tullius, quum se totum ad imitationem Graecorum contulisset, effinxisse vim Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatem Isocratis. Nec vero 109 quod in quoque optimum fuit studio consecutus est tantum, sed plurimas vel potius omnes ex se ipso virtutes extulit immortalis ingenii beatissima ubertate. Non enim *pluvius*, ut ait Pindarus, *aquas colligit, sed vivo gurgite exundat*, dono quodam providentiae genitus, in quo totas vires suas eloquentia experiretur. Nam quis docere 110 diligentius, movere vehementius potest? Cui tanta unquam iucunditas affuit? Ipsa illa, quae extorquet, impetrare eum credas, et quum transversum vi sua iudicem ferat, tamen ille non rapi videatur, sed sequi. Iam in omni- 111 bus, quae dicit, tanta auctoritas inest, ut dissentire pu-

Camp. adiuvante ipso Quinctil. IX, 1, 21. ubi verba haec: *frons, oculi, manus multum ad motum animorum valent. — quibus nihil ille.* Ita Spald. ex Tur. Flor. Omittunt Obr. Gesn. c. rel. *Ille* ex coniect. Sp. pro *illi* Codd. Tur. Flor. quamquam non adeo inepta videtur lectio *illi*, etiam si inseratur in quibus, quod probamus.

§. 108. *in hoc quidem.* al. om. *quidem.* Non improbo. — *ille.* Deest in multis Codd. et in Camp. Neque opus est repetito pronomine, quum antecedit: *illi*, et ex ipsa orationis serie intelligatur, qui sit.

§. 109. *sed plurimas vel pot. omn. etc.* al. *sed vel plur. ac pot. o.* Locat. et editt. ante Ald. — *ubertate.* al. *ubertas.* quod suadent antiquiss. codd. adversante, ni fallor, praeter illud *ipso*, orationis nexu. — *vires suas.* al. *virtutes.* Iens. et posterr. ante Ald.

§. 110. *cui tanta unquam.* Ex indiciis codd. Flor. et Tur. *alicui quanquam* Spald. coniciebat olim scriptum fuisse: *aut cui.* Quid impediabat: *an alii cuiquam tanta iucunditas.* — *Ipsa illa.* al. praeponunt: *ut*, omisso signo interrogationis. Gesn. — *et quum.* al. *ut.* Frotsch. ex coniect. probante Zumpt. — *ferat.* al. *feriat.* Iens. et posterr. ante Ald.

§. 111. *dicit.* al. *dixit.* Camp. — *intentiss.* al. *et int.* Fr. ex Flor. Ferri non potest, nisi quis cogitet de *licet*, fortasse latente. — *illaborata.* al. *ut ill.* Obr. — *auditum.* al. *auditu.* Ita vulgo; sed illud restituit ex Tur. Flor. cui acced. Ambros. 2. Frotsch. Suspiciabatur Spald. *qua nihil unquam pulchr. auditum.* Scilicet Tur. et Flor. insertum habent *quae inter: nihil pulch.*

deat: nec advocati studium, sed testis aut iudicis afferat fidem; quum interim haec omnia, quae vix singula quisquam intentissima cura consequi posset, fluunt illaborata et illa, qua nihil pulchrius auditum est, oratio prae se
 112 fert tamen felicissimam facilitatem. Quare non immerito ab hominibus aetatis suae *regnare in iudiciis* dictus est, apud posteros vero id consecutus, ut Cicero iam non hominis nomen, sed eloquentiae habeatur. Hunc igitur spectemus: hoc propositum nobis sit exemplum: ille se
 113 profecisse sciat, cui Cicero valde placebit. Multa in *Asinio Pollione* inventio, summa diligentia, adeo ut quibusdam etiam nimia videatur: et consilii et animi satis: a nitore et iucunditate Ciceronis ita longe abest, ut videri possit saeculo prior. At *Messala* nitidus et candidus et quodammodo praeferens in dicendo nobilitatem suam;
 114 viribus minor. C. vero *Caesar* si foro tantum vacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur: tanta in eo vis est, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixisse, quo bellavit, appareat. Exornat tamen haec omnia mira sermonis, cuius proprie studiosus
 115 fuit, elegantia. Multum ingenii in *Coelio* et praecipue in accusando multa urbanitas dignusque vir, cui et mens melior et vita longior contigisset. Inveni qui *Calvum* praeferrent omnibus, inveni qui contra crederent eum

Ex quo equidem ego indicio mecum quis agnoscat velim sagacioris ingenii: *usque*; ita ut sit: *nihil pulchrius usque*, quod interpretari licet: inde ab illo continuis annis ad nostram aetatem. Cfr. Doederlein Synon. I. p. 14.

§. 112. *ab hominibus*. Optimi codd. exhibent: *omnibus*. Probaremus, nisi offenderemus in illo: *non immerito*: adnueremus, si esset: *prae omn.* — *id consecut.* inserunt al. *est*. Camp. lens. — *nomen, sed eloq.* al. *sed el. n.*

§. 113. *inventio*. al. *invenio*. lens. — *praeferens* al. *prae se ferens*. Gesn. al. Sed Spald. illud recepit ex Flor. et al. Codd. quibuscum consentiunt Paris. I. 2.

§. 115. *qui contra*. al. *Ciceroni*. Sp. Fr. Nostrum est in Camp. et multis editt. antiq. Puto *Ciceronem* additum esse a glossatore. Illud pro certo habeo, *Ciceronem* maiore niti auctoritate quam *Ciceroni*. An fortasse olim legebatur: *qui praeferendum?* Cfr. §. 118 — *gravis*. al. *brevis*. lens. et al. ante Ald. — *custodita* al. *castigata*. Obr. Gesn. al. Nostrum Sp. ex Tur. Flor. — *adiecturus sibi*. omittunt alii: *sibi*. —

IN
 nimia cont
 sed est et s
 vehemens
 illi proper
 si quid de
 non immer
 si cum iud
 Severus:
 orationis
 Nam et in
 urbanitas
 dedit: pra
 ipsa ridic
 longum es
 lius Afri
 genere di
 locare nor
 nimius et
 nibus pa
 Nam et
 fuit et qu

§. 116
 aperte leg
 gnem etc.
 et S. S. in
 Ald. interg
 gnem et S.
 colorem. I
 cum Almel

§. 117
 melioris n
 lectio olim
 vis summa.

§. 118
 autem. len
 verborum;
 borum. —

et editi. S
 tare fortas
 et antiquiu
 facilis erat
 quens. Cfr

§. 119.
 decora. lens

nimia contra se calumnia verum sanguinem perdidisse: sed est et sancta et gravis oratio et custodita et frequenter vehemens quoque. Imitator autem est Atticorum fecitque illi properata mors iniuriam, si quid adiecturus sibi, non si quid detracturus fuit. Et *Servius Sulpicius* insignem¹¹⁶ non immerito famam tribus orationibus meruit. Multa, si cum iudicio legatur, dabit imitatione digna *Cassius Severus*: qui si ceteris virtutibus colorem et gravitatem orationis adiecisset, ponendus inter praecipuos foret. Nam et ingenii plurimum est in eo et acerbitas mira, et¹¹⁷ urbanitas eius summa; sed plus stomacho quam consilio dedit: praeterea ut amari sales, ita frequenter amaritudo ipsa ridicula est. Sunt alii multi disertis, quos persequi¹¹⁸ longum est. Eorum quos viderim *Domitius Afer* et *Iulius Africanus* longe praestantissimi. Arte ille et toto genere dicendi praefendus et quem in numero veterum locare non timeas: hic concitator, sed in cura verborum nimius et compositione nonnunquam longior et translationibus parum modicus. Erant clara et nuper ingenia.¹¹⁹ Nam et *Trachalus* plerumque sublimis et satis apertus fuit et quem velle optima crederes: auditus tamen maior.

§. 116. *et Serv. Sulp.* Ita Sp. acc. Gesn. Obr. In cod. Tur. aperte legitur: *sulpicius insignem fuit ut servius sulpicius insignem* etc. Inde fluxerunt, quae exhibent lens. Tarv. *insignis et S. S. insignem immerito f. t.* quibus Locat. et posterr. ante Ald. interposuere: *non imm.* Nobis prae ceteris placet: *insignem et S. S. non imm. fam.* quod Regius olim commendabat. — *colorem.* In cod. Flor. est: *colorem.* — *foret.* omitt. Tur. Flor. cum Almel.

§. 117. *et urbanitas eius summa.* al. *et vis pro eius.* In 4 codd. melioris notae: *et sermo.* Unde in mentem venit, num vera lectio olim fuerit haec: *et acerbitas mira et urbanitas; et sermonis vis summa.*

§. 118. *Sunt alii.* Ita Sp. ex Tur. Flor. alii inserunt vel autem. lens. vel *et.* Gesn. Obr. — *arte.* Sp. alii praemittunt: *verborum;* quod displicet, praesertim propter sequens: *cura verborum.* — *locare.* al. *habere;* et sic quidem plerique libri mscripti et editi. Spald. suspicabatur, in scriptura codd. Tur. Flor. *vitare* fortasse latere: *citare* vel *recitare.* Nobis illud *habere* et antiquius et elegantius videtur: utcunque vero res habet, facilis erat permutatio verborum *habere* et *habitare* eaque frequens. Cfr Drakenb. ad Liv. 38, 17, 11.

§. 119. *apertus.* In Cod. Tur. et Camp. *aptus.* — *decor.* al. *decora.* lens. et posterr. ante Bad.

Nam et vocis, quantam in nullo cognovi, felicitas et pronuntiatio vel scenis suffectura et decor, omnia denique ei, quae sunt extra, superfuerunt. Et *Vibius Crispus* compositus et iucundus et delectationi natus: privatis ta-
 120 men causis quam publicis melior. *Iulio Secundo* si longior contigisset aetas, clarissimum profecto nomen oratoris apud posteros foret. Adiecisset enim atque adiciebat ceteris virtutibus suis, quod desiderari potest: id est autem, ut esset multo magis pugnax et saepius ad
 121 curam rerum ab elocutione respiceret. Ceterum interceptus quoque magnum sibi vindicat locum. Ea est facundia, tanta in explicando quod vellet gratia: tam candidum et leve et speciosum dicendi genus: tanta verborum, etiam quae assumpta sunt, proprietas: tanta in quibusdam
 122 ex periculo petitis significantia. Habebunt qui post nos de oratoribus scribent, magnam eos qui nunc vigent materiam vere laudandi. Sunt enim summa hodie, quibus illustratur forum, ingenia. Namque et consummati iam patroni veteribus aemulantur, et eos iuvenum ad optima tendentium imitatur ac sequitur industria.

123 Supersunt qui de *philosophia* scripserint: quo in ge-

§. 120. *pugnax*. Codd. Tur. Flor. cum Almel. dant: *pugnans*.

§. 121. *quod vellet* Ita Frotsch. in edit. poster. ex Tur. Reliqui: *velit*. — *et leve*. Iens. acc. codd. Flor. Guelf. al. Probat Gesner. renititur Spald. Adsentimur Gesnero, comparanti Graecorum *λεώτῆρα*, cui opposita: *asperitus*. Spald. et Fr. retinuerunt: *lene*. Ad nobis id maxime momentum fecit, quod *virtutes tres enumerantur in sensus quasi incidentes*: cui quidem notioni magis conveniens est *levis*. Inde apparet *lene* dicendi genus ad sine esse *nitido*; atqui huic *speciosum*. Deinde etiam quae sequuntur nostrae rationi favent. Nam supra V, 12, 18. Quinctil. haec' eloquitur: illam vim stricte robusteque dicendi tenera quadam elocutionis cute operimus; et dum *levia* sint ac *nitida*, quantum valeant, nihil interesse arbitramur. Et infra XII, 10, 66. dum tertium illud dicendi genus, praeter *subtile* et *vehemens* describit, ita disserit: illud *lene* aut adscendit ad fortiora, aut ad tenuiora submittitur. — Quae quam alienae a *specioso* et *candido* sint notae, facile cuique manifestum erit. — Aliter statuit Frotsch. ad h. l.

§. 122. *materiam*. Frotsch. ex Flor. dedit *materiem*. Illam scilicet vocabuli formam Quinctiliano propriam fuisse et usitatam, praeter alia documenta, testatur consensus Codd. II, 19, 3. II, 19, 3. — *vere laudandi*. al. *laudanda* Iens. Tarv. qui etiam inserunt *in ante eos*. Structura paullo contortior, nisi sit: *in iis*.

§. 123. *scripserint*. al. *scripserunt*, in quib. Obr. Gesn. —

INS
 nere pauci
 lerunt. I
 hoc opere
 toque qua
 ponderi re
 non parum
 sine cultu
 utilis. In
 tamen auct
 genere elo
 opinionem
 sum credi
 omnibus
 riora iudic
 nibus ado
 conabar e
 quos ille
 sciens gen
 eeren,
 imitabant

qui ubique.
 ub. Gesn. p
 pondere.

§. 124
 cos. Obr. F
 Tur. Flor.

cus. Obr.
 cognitioni.

Ambros. 1
 ante Stoei
 etum est:
 patrocinat
 Praedicato

§. 95. plu
 §. 125
 verantur di
 ris et a re
 quam per s

elog. accur
 excusationi
 quid. — q
 et edit. —

§. 126.
 Flor. al. D
 — posse qu

nere paucissimos adhuc eloquentes literae Romanae tulerunt. Idem igitur *M. Tullius*, qui ubique, etiam in hoc opere Platonis aemulus exstitit. Egregius vero multoque quam in orationibus praestantior *Brutus* suffecit ponderi rerum: scias eum sentire quae dicit. Scripsit non parum multa *Cornelius Celsus*, *Sextios* secutus, non sine cultu ac nitore. *Plautus* in Stoicis rerum cognitioni utilis. In Epicureis levis quidem, sed non iniucundus tamen auctor est *Catius*. Ex industria *Senecam* in omni genere eloquentiae distuli, propter vulgatam falso de me opinionem, quia damnare eum et invisum quoque habere sum creditus. Quod accidit mihi, dum corruptum et omnibus vitiis fractum dicendi genus revocare ad severiora iudicia contendo. Tum autem solus hic fere in manibus adolescentium fuit. Quem non equidem omnino conabar excutere, sed potioribus praeferrere non sinebam, quos ille non destiterat incessere, quum diversi sibi conscius generis placere se in dicendo posse, quibus illi placerent, diffideret. Amabant autem eum magis quam imitabantur: tantumque ab eo defluebant, quantum ille

qui ubique. Ita Spald. ex Flor. Guelf. et editt. prisc. alii: qui ut ub. Gesn. praeced. Camp. et al. — ponderi. Flor. Tur. cum Almel. pondere.

§. 124. *Sextios*. Ita ex auctor. Codd. praestantiss. al. *Scepticos*. Obr. Burm. Gesn. — *Plautus*. Sic Frotzsch. ex vestigiis Codd. Tur. Flor. et praecedunt. Guelf. cum editt. Iens. al. Reliqui: *Planus*. Obr. Gesn. Spald. Nostrum approb. Buttm. Zumpt. ad. h. I. cognitioni. Vulgo: cognitione. Sed Codd. Paris. 1. 2. 6. Goth. et Ambros. 2. nostram rationem tuentur. Praeterea editt. prior. ante Stoer. excepta Basil. Nihil obstat, quod infra §. 128. dictum est: multa rerum cognitio: nam id ipsum nostrae lectioni patrocinatur, quod simpliciter rerum cognitio, nullo adiecto Praedicato, memoratur. Itaque sententia eodem redit, quo supra §. 95. plus scientiae collaturus, quam eloquentiae.

§. 125. in omni gen. eloq. distuli. Editt. Ald. et Basil. addunt: versatum dist. Recte monuit Spald. tale quid et a sententia auctoris et a re ipsa alienum esse: etenim ipsa verbi differre notio quum per se spectata ambigua sit, verbis appositis: in omni gen. eloq. accuratius definitur. Quodsi *Senecam* potissimum spectasset, excusationis gratia addendum erat quamquam versatum vel simile quid. — quia. al. qua. Obr. Gesn. Illud defendunt codd. vetust. et editt. — severiora. In paucis est: severa.

§. 126. Tum autem. al. cum. Camp. Iens. acc. Codd. Tur. Flor. al. Deest etiam, quod sequitur: quem, in Flor. et Camp. — posse quibus. Codd. complures inserunt: in. Ita Iens. al. Sed

127 ab antiquis descenderat. Foret enim aliquid (optandum) pares ac saltem proximos illi viro fieri. Sed placebat propter sola vitia, et ad ea se quisque dirigebat effingenda, quae poterat: deinde quum se iactaret eodem modo 128 dicere, Senecam infamabat. Cuius et multae alioquin et magnae virtutes fuerunt: ingenium facile et copiosum, plurimum studii, multa rerum cognitio: in qua tamen aliquando ab his, quibus inquirenda quaedam mandabat, deceptus est. Tractavit etiam omnem fere studiorum 129 materiam. Nam et orationes eius et poemata et epistulae et dialogi feruntur. In philosophia parum diligens, egregius tamen vitiorum insectator fuit. Multae in eo claraeque sententiae, multa etiam morum gratia legenda: sed in eloquendo corrupta pleraque atque eo perniciosissima, 130 quod abundant dulcibus vitiis. Velles eum suo ingenio dixisse, alieno iudicio. Nam si aliqua contempsisset, si parum non concupisset, si non omnia sua amasset, si rerum pondera minutissimis sententiis non fregisset: consensu potius eruditorum quam puerorum amore

nonn. *iis*. Ita Obr. Gesn. Arrisit nobis lectio Ambros. 2. *placere se iis dicendo*. — *ab eo*. al. *illo*. praeter Obr. Gesn. multi.

§. 127. *ac saltem*. vulgo *legebatur*: aut *s*. Sed optimi codd. consentiunt in *ac*, acc. editt. antiq. Quare secuti sumus Frotsch. qui in eo recessit a Spald. Ceterum nihil frequentius quam particularum illarum permixtio, recensum invenies exemplorum apud Drakenb. ad Liv. II, 53, 3. Id unum notandum est, post *enim* in Tur. Flor. et Alm. scriptum esse: *aliquid*: quo *alioqui* obiectum esse suspicabatur Spald. Veram id aegre ferendum crediderim, quum paullo infra sequatur idem vocabulum repetitum. Contra, si quid colligere licet, *aliquid* suum locum optimo iure tenebit; nam quid sit illud: *est aliquids*, cil. non contemnendum est, et usus docet et Gesneri Thes. exempla suppeditat. Quare si alterutram vocem eiiciendam censeas, *optandum* proicias, tanquam glossatoris.

§. 128. *multa rerum*. Sic Spald. ex opt. codd. et editt. Camp. Basil. Reliqui, in quibus praeter Iens. a quo *et* praetermittitur Obr. Gesn. *multarum*. — *ab his*. al. *iis omnem*. In nonn. *omnium*. — *feruntur*. al. *efferuntur*. Camp. Iens. al. Statim a Iens. additur: *et*. pro quo Regius suadebat: *etsi*. —

§. 129. *abundant*. In 2 codd. *abundat*.

§. 130. *eum*. Tur. Flor. et edit. Camp. *enim*. Haud spernendum, quamquam confusio haud infrequens. Cfr. Drakenb. ad Liv. 27, 17, 11. — *Nam si aliqua* etc. Locus a multis varie exagitatus. Pro *si aliqua* in nonn. codd. est; *si nil aequalium*; idemque in multis editt. post Iens. Quibus accedunt Paris. 1. 2. et idem reconditum agnosces in: *simile qua*, Paris. 6. et: *simile*

IN:
comprobar
riore gener
cere potes
probanda
modo cura
fuit illa n
effecit.

quam, Amb
si nonnihil
omissum es
Porro non
nimium tot
aequalibus
fit ad ea,
iecturam,
tem pro: p
§. 13
Pro effecit

comprobaretur. Verum sic quoque iam robustis et seve-131
riore genere satis firmatis legendus, vel ideo, quod exer-
cere potest utrimque iudicium. Multa enim, ut dixi,
probanda in eo, multa etiam admiranda sunt; eligere
modo curae sit: quod utinam ipse fecisset. Digna enim
fuit illa natura, quae meliora vellet, quae quod voluit
effecit.

quam, Ambros. 2. Unde suspicor, antiquitus scriptum fuisse:
si nonnihil aequalium cont. Deinde post *parum* in multis codd.
omissum est *non*, quod tuentur optimi codd. Tur. Flor. Guelf.
Porro non dubitamus scribere: *parvum*; scilicet reprehenditur
nimium totam quasi scientiae molem, qualiscunque suppetebat
aequalibus, congerendi et coacervandi studium; unde transitus
fit ad ea, quae suo ingenio debuisse fingitur Seneca. — Con-
iecturam, quam Zumpt. ad h. l. adsensu suo commendavit: *par-*
tem pro: *parum* amplecti nefas ducimus.

§. 131. *quae quod.* al. omittunt *quae* ex Tur. Flor. et al.
Pro *effecit* nonn. *efficit.* Iens. post Camp. Alm. et Tur.